

*Rever. Domini*

JOANNIS ARNDT  
LIBER TERTIUS.

DE VERO CHRIS-  
TIANISMO

ET

*Homine interiore.*

IN QUO OSTENDITUR DEUM  
REGNUM SUUM IN CORDIBUS NOSTRIS  
COLLOCAVISSE, VELUT THESAURUM  
in agro absconditum, & divinum animæ no-  
stræ lumen; tum quomodo illud in no-  
bis quærendum & erigen-  
dum sit.

LUCAE 17.

*Ecce regnum Dei intra vos est.*

MATTH. 7.

*Angusta porta & arcta via est, qua ducit ad vitam:  
& pauci sunt qui inveniant eam.*

BERNHARD.

*Christum sequendo citius apprehendes, quam le-  
gendo.*

✻(o)✻

LUNEBURGÆ,

*Typis & Sumtibus Fratrum der Stern.*


---

ANNO M. DC. XXV.





## PRÆFATIO.

 Uemadmodum vita nostra naturalis suos gradus suasq; ætates habet, pueritiam, virilem maturitatem & senectutem: Ita vita spiritualis & Christiana pro pueritia, & tyrocinio habet salutarem Pœnitentiam, per quam homo indies se emendat: quã excipit maior illuminatio, velut adulta ætas, per divinarũ rerum contemplationem, orationẽ & crucem, per quas dona divina augẽtur & adolefcunt. Ultima & perfecta ætas ea est quæ cõsistit in unione firmissima & strictissima per charitatem, quã B. Paulus appellat Eph. 4. *Virum perfectũ & mensurã etatis plenitudinis Christi.* Quem ordinem nos tribus istis libris, quoad licuit, observare studuimus: sic ut existinem totã Christianismi

PRÆFATIO.

Christianismi doctrinam ( si adjunxeris Libellum precationum ) illis contineri , esseq; à nobis hanc traditam, quantum sat est, etsi forte non perfecte , aut ita ut in hoc genere præterea desiderari nihil possit. Quartum librum quod attinet, eum reliquis accedere passus sum, ut cõstet quomodo Scriptura, Christus, Homo totaq; natura conspirant & cõ-

*Omnia ad unũ redire debent.*

\*

*Tota anima Deo danda.*

sistentiant ; quomodo item omnia in unicam, æternam vivamq; originẽ (quæ est ipse Deus) refluant & ad illã nos reducant. Porro ne quis circa scopũ hujus tertij Libri forte erreret, scire licet illum hoc unum collimare, ut intelligatur Regnum Dei in nobis queri & inveniri non posse, nisi cor & animã totam, hoc est, non solum intellectum, sed etiã voluntatem & intimam charitatem, Deo consecremus. At hodie haud pauci in ea opinione sunt, satis recte Christiani hominis officio fun-

Etos

Etos se esse, si Christum intellectu per  
 lectionem & disputationem appre-  
 henderint Nam hæc hodie plerisque  
 Theologia dicitur, quã vulgus ma-  
 le feriatur sola theoria & scientia  
 ac cognitione definit, habitã insu-  
 per altera facultate animæ longè \*  
 nobilissima, puta Voluntate & Af-  
 fectu sive Charitate: nam utrumq;  
 utrumq; in quã Deo & Christo con-  
 secrandum est, si totam animam il-  
 li dedicavisse volumus videri. Est a-  
 ingens differentia inter Intellectũ,  
 quo Christum cognoscimus, & Vo-  
 luntatẽ, qua ipsum amamus. Nam  
 Christum intelligimus, quantum  
 possumus, amamus autẽ sicut ipse  
 est. Christum per solam scientiam  
 cognoscere, nec juxta amare, ad ni- *Potius*  
 hil prodest. E contra illum amare *est Chri-*  
 sexcenties utilius est, quam multa *stum a-*  
 otiose & frigide de illo loqui & di- *mare*  
 sputare. Quocirca Christum intel- *quam*  
 lectu quærere ita oportet, ut eundẽ *multa*  
*de illo*  
*garrive*  
*exposse.*

P R Æ F A T I O.

ex intimo cordis affectu amemus: quia hoc veræ cognitionis Christi proprium est, ut ex illa etiam amor Christi oriatur. Quod nisi fiat, tum sane illum inveniemus, sed magno nostro damno & malo; juxta illud Christi Matth. 7. *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum.* Præterea duo modi sunt sapientiam & cognitionem consequendi, quorum alter in lectione & disputatione consistit, alter in oratione & charitate. Prior doctos, posterior sanctos facit; & illi quidem si tantum docti sunt præter inutilem fastum & arrogantiam nihil habent; isti humiles sunt & modesti. Prior modus aptus non est internum thesaurum querentibus; posterior unice ad id cõducit, & est argumentum tertij mei libri. Quãtum vero, quamq; illustre & jucundum, hoc est, summum & preciosissimum nostrum thesaurum, puta

Regnum

Duo  
modi  
cogno-  
scendi  
divina.

\*



Regnum Dei, nō aliquod externū, *Regnū  
Dei est  
in no-  
bis.*  
 sed internum bonum esse; illud nos  
 assidue nobiscum ferre; coram to-  
 to mundo atq; a deo ipso diabolo  
 absconditum esse nec eripi posse;  
 deniq; ad illius possessionem pau- *Cor  
Deo  
devotū  
& resi-  
gnatū  
est via  
effica-  
citer \**  
 cis artibus, linguis, & libris, sed tan-  
 tum corde, quod Deo devotum &  
 sacrum sit, opus esse? Quin ergo  
 huc potius omnem operam & dili-  
 gentiā conferimus, ut ingrediamur  
 singuli nostrum internum, abscon- *cogno-  
scendi  
Deum.*  
 ditum, coeleste & eternum bonum,  
 ac thesaurum illum incomparabi-  
 lem? Quid frustra anxij in externis  
 sumus, quando quidem interius o-  
 mnia habemus, hoc est totum re-  
 gnum Dei cū bonis suis universis?  
 Nam in corde nostro & in anima  
 habemus verā scholam Spiritus S.  
 verā officinam S.S. Trinitatis, verū *Deus  
habitat  
in ani-  
ma il-  
lumi-  
nata.*  
 templum Dei, verum deniq; orato-  
 riū in spiritu ac veritate. Etsi enim  
 Deus per universalem suam omni-  
 præsen-

\* præsentiam, in omnibus rebus est, nō inclusivè, sed modo incomprehensibili, coelum & terrā implens: propriè tamē & singulariter in hominis illuminati anima est, ibi habitans & sedem figens velut in sua

\* imagine, ibi opera edens sibi similia, ibi denique in corde nostro singulis gemitib9 nostris respondens.

Neq; enim possibile illi est aliquid denegare ei qui cum habitat, imo quem movet & fert, illi dico cui nihil gratius & jucundius est quam omnibus petentibus se communicare.

Ad hoc autem requiritur anima quieta & tranquilla, hoc est à mundo averfa. Id quod ipsi Ethnici non ignoraverunt dicentes, *Animã nostram tum demum fieri sapientem,*

*cum quieta & tranquilla sit.* At longe elegantius B. Cyprianus: *Hæc est vera anima quies & securitas, quando homo ex tempestate & procellis*

*hujus mundi liberatus, cor oculosq; à ter-*

Cypri-  
ani di-  
ctū de  
Anima  
quiete.

ge elegantius B. Cyprianus: *Hæc est vera anima quies & securitas, quando homo ex tempestate & procellis hujus mundi liberatus, cor oculosq; à ter-*

à terra ad Deum elevat & mente illi  
 fit proximus, adhuc intelligit ea o-  
 mnia quæ hominum iudicio splendi-  
 da ac preciosa sunt, interius in ani-  
 mo & corde suo esse abscondita, nihil  
 porro à mundo cupiens aut exspe-  
 ctans. O cœlestem thesaurum, à vin-  
 culis & funibus hujus mundi liberū  
 esse! O summum & immensum bonū,  
 non magno labore, non intercessione  
 apud magnates, nō deniq; discursa-  
 tione multa comparandum; sed gra-  
 tuitum donū Dei. Quemadmodum  
 enim Sol à seipso illuminat, dies à se-  
 ipso lucet, fons à seipso scaturit, &  
 pluvia à seipsa cadit & humectat, ita  
 Spiritus S. in hujusmodi animam se  
 effundit quæ à mundo ad Deum se  
 elevavit. Haecenus nostris verbis \*  
 Cyprianus, epochen hujus libri, &  
 compendium totius divine sapien-  
 tiæ proponens. Itaq; in hac intro- \*  
 versione, conspiciendum nobis se  
 offert internus animæ nostræ the-

Unicus Taurus, verum in momento, quod  
 Dei a- ipsum tamen coeli, terræ, omnium-  
 spectus que creaturarū voluptates longis-  
 est me- timè superat. Ut rectissimè B. Bern-  
 lior o- hard. censuerit, animam illam, quæ  
 omnibus semel in seipsam introverti, Dei fa-  
 volu- ptatib. ciem querere, & presentiam Dei in  
 crea- turarū. adytis & recessibus mentis suæ gusta-  
 re didicerit, tolerabilius censere ali-  
 quantisper inferni suppliciiis excru-  
 ciari, quam post expertam & cogni-  
 tam suavitatem hujus sancti exerci-  
 tij redire ad voluptates, vel potius  
 ad tædia & molestias hujus mūdi &  
 carnis, illamq; insatiabilem cupidi-  
 tatem & perturbationem sensuum.  
 Nimirum hujusmodi anima non  
 tantum summum bonum in seipsa  
 invenit, cum in Deum introvertit;  
 sed etiam extremā miseriam in se-  
 ipsa, cū Deum relinquit. Neq; enim  
 obscuro jam illi est, cum mundo  
 moritur, tum vero se vivere in vitæ  
 sibi in origine: & contra, quanto magis  
 Deo. mun-

mundo vivit, tanto amplius Deo se  
 mori. Quæ vero mundo sic mortua  
 est, ea verè in Deo vivit, estq; summa  
 voluptas Dei, sive ut est in Cantico  
 Cant. *botrus dulcis & maturus*, con-  
 tra mūdana corda nil nisi ompha-  
 ces sunt. Porro animam mundo  
 mortuā esse, ita licet deprehendas.  
 Quādo homo in omnib. rebus Dei  
 voluntatem suæ præponit, philau-  
 tiam coërcet, carnis libidines mor-  
 tificat, voluptates mundanas fugit,  
 se omnium hominum infimū cen-  
 set, proximū non facile judicat aut  
 damnat, Deo judicium & vindictā  
 remittit, laudibus non intumescit,  
 objurgatus & vituperatus nō con-  
 tristatur, omnia denique patienter  
 fert & de nemine queritur. Ejus-  
 modi mortificatæ volūtatis exem-  
 plū exhibet nobis S. David 2. Reg.  
 17. quando aquam fontis Bethlee-  
 mitici tantopere expetitā, & trium  
 Heroum opera cum periculo vitæ

*Signa  
 animæ  
 mundo  
 mor-  
 tuae*

P R A E F A T I O.

\*  
In quo  
cōsistat  
Perfe-  
ctio.

allatam, corā Domino effudit, pro-  
priā voluntatē abnegans, quia tres  
heroes sui causa de vita fuissent pe-  
riclitati. Atq; in hac mortificatione  
consistit perfectio vitę Christianę:  
nequaquā vero ut nonnulli credūt  
in magna quadā spiritali & cœlesti  
voluptate sive devotione. Itaq; ni-  
hil illa aliud est, quā abnegatio vo-  
luntatis proprię, philautię & ambi-  
tionis; agnitio suę vilitatis; assidua  
voluntatis divinę & charitatis erga  
proximū executio, sincerissimaque  
cōpassio. Breviter, istiusmodi cha-  
ritas, quę nil nisi Deū petit, cogitat  
& querit, quantum possibile est per-  
annatā infirmitatē. Eadē est vera &  
Christiana virt<sup>9</sup>, vera libertas, vera  
pax, consistens in victoria carnis &  
affectuū. Quę plenius perspicias ex  
hoc libro, & ipso exercitio: ad quod  
tibi precor gratiā Spir. S. qui omnia  
in nobis incipere, continuare & fi-  
nire debet, ad honorem, laudem, &  
gloriam DEI, AMEN. Con-



# Conspectus Capitum, LIBRI TERTII.

- CAPUT I.** De immenso interiore thesauro hominis illuminati.
- II.** Hominem ad interiorem suum thesaurum pervenire, per vivam fidem, & introversionem in seipsum. \*
- III.** In fide consistere totum thesaurum interiore, puta Deum, Christum, Spiritum sanctum, & Regnum Dei. \*
- IV.** Quomodo fidelis anima in seipsa Deum querere debeat. De puritate & beatitudine anime cum Deo unite.
- V.** Quomodo homo in Deum trahi possit. Quid sit paupertas spiritualis. De gradibus Humilitatis. \*
- VI.** Quomodo summum & eternum bonum anime nostre sepe in momento innotescat. Quae & ubi sedes Dei in anima sit. \*
- VII.** De dignitate anime, vera contritione, & Dei misericordia seu benevolentia.
- VIII.** Dei vocationem cor & animum respicere, & ducere ad seipsum.
- IX.** Ve.

- \* IX. *Veram fidem repurgare cor à Creaturis, à pravis inclinationibus & impatientia, è contra in cruce patientiam infundere.*
- \* X. *Quomodo lumen naturæ in nobis occidere, & contra lumen gratiæ oriri debeat.*
- \* XI. *Deum esse animæ lumen, & ab intra elucere per virtutes Christianas erga proximum, præsertim in iudicando & censendo illo.*
- XII. *Quemvis Christianum saltem semel debere quotidie ab omnibus externis se abvertere, & in adyta cordis secedere: idque magno cum fructu illum facturum.*
- \* XIII. *Amorem Dei ingredi, cum amor creaturarum exit. De illustribus operibus & effectibus amoris divini in nobis.*
- XIV. *Christianam animam, quæ Dei habitaculum sit futura, cum magna patientia præparandam & charitate Dei instruendam esse. Quid sit Caritas Dei, & quid operetur in nobis.*
- \* XV. *Christum æternum Verbum Patris in fidelium cordibus opus suum perficere.*

re,




- re, per internas suggestiones & inspirationes. Quomodo hoc per charitatem fiat. Quomodo idem in humilitate se manifestet ac patefaciat.
- XVI. Quomodo Spiritus S. concipiatur, & inoffensus in anima nostra operari possit.
- XVII. Unde constet Spiritum S. esse in anima nostra.
- XVIII. Mundum cum suis delicijs pelle-  
re Spiritum sanctum, & introducere  
Spiritum mundi, à quo anima nobi-  
lissima summaque sua quiete spolia-  
tur.
- XIX. De interna & mentali oratione:  
deque vero usu Orationis Dominicæ.
- XX. Humilitatem pro fundamento in  
corde esse, cui postmodum omnia opera  
hominis superstrui debeant: sine illa ve-  
ro corruere omnia que homo toto vite  
decursu edificaverit. Ad hæc ostendi-  
tur diabolum per humilitatem superari,  
in eadem esse veram pœnitentiam, pa-  
tientiam, & animæ inter adversa tran-  
quillitatem.
- XXI. Hominem debere acquiescere in so-  
lo Deo, non autem in donis illius. De ab-  
negatione sui ipsius.

XXII. Quo-

\* XXII. *Quomodo opera nostra Deo placeant, quomodo apud illum gratiam inveniamus & justificemur, quomodo donis rectè quis uti, & quam facile contra illis abuti animamque suam inquinare possit.*

\* XXIII. *De Mystério crucis, & quomodo per illam in Deum trahamur.*





CAPUT I.

DE IMMENSO INTERIORE THE-  
sauro hominis illuminati.

1. Corinth. 6. *An nescitis quoniam  
membra vestra sunt templum Spi-  
ritus sancti, qui in vobis est, quem  
habetis à Deo?*



Idelium corda esse  
habitacula S S. Trini-  
tatis Scriptura passim  
affirmat; velut *Levit. 26.*

*Isaie 44. Joel. 2. Ioan. 14.*

*17. ad Rom. 15. 1. Cor. 2. 3. 13. Rursus 2. Co-  
rinth. 6. ad Gal. 2. ad Eph. 3. Et 4. ad Col. 3.*

*Et 1. Job. 4. At quotusquisq; Christiana-*

*norum hunc thesaurum in se cogno-*

*scit, magnificat, aut inquirit? Equidē*

*operæ pretium facturum me putavi, si*

*hoc libro veros Christianos docerem,*

*coelestem & spiritualem suam dignita-*

*tem recognoscere, & summum maxi-*

*mumq; bonum ac thesaurū in seipsis*

*quærere ac invenire. Cujus doctrine*

*primitias quasdam dedimus in cap. 5.*

*libri 1. cum doceremus verbum Dei, ut*

*sic loquar, in succum & sanguinem,*

CONVER-

*Pauca  
intelli-  
gunt suis  
internū  
thesau-  
rum.*

converti debere; item *lib. 2. à capite 27. usq; ad 34.* cum traderemus quomodo Deus devotæ animæ se patefaciat, ut summam charitatem, bonitatem, pulcritudinem, sanctitatem, & sapientiã, &c: Porro quia ingens hic thesaur<sup>9</sup> in corde agnosci & quæri non potest, citra placidum & internum cordis Sabbathum, in quo Spiritus S. docet per meditationem verbi; in quo ille vivificat & illuminat; in quo *omnia scrutatur, etiam profunda Dei;* 1. Cor. 2. idcirco scire prius oportet, quomodo anim<sup>9</sup> noster ad tranquillum illud Sabbathum perveniat: de quo velut in antecessum aliqua diximus *libr. 2. tractatu de Oratione.* In hoc autem Libro eandem materiã uberius & ex professo tractabimus, quomodo nimirum thesaur<sup>9</sup> abscondit<sup>9</sup> & margarita illa in agro cordis nostri deperdita, per introversionem in se ipsum, imo in Deum, inquiri debeat. Quippe hoc est illud internum Sabbathum cordis per fidem repurgati, & à Spiritu S. illuminati. Ex hoc thesauro Spirit<sup>9</sup>, & regni Dei, quod in fideli corde est absconditum, orta est omnis sapientia hominum divinitus illuminatorum, quotquot unquam vixerunt, adeoq;

Cognitio  
sui in-  
terni  
thesauri  
compa-  
rãda per  
Sabbathum  
anima.

\*

Vera di-  
vina sa-  
pientia  
unde.

adeoq; ipsorum sanctorum Prophetarum & Apostolorum. Hæc ergo margarita nobis quærenda, hic ager excollendus, hoc donum Spiritus, hæc Dei gratia excitanda in nobis est, haud aliter, quam scintilla ignis, ut loquitur B. Paulus. Ceterum operæ pretium mihi videor facturus si in introitu hujus Libri, qui solum & unicè hominem interiorem spectat, simpliciter quidem, at tamen ex fundamentis doceam, quomodo filij Dei ab exteriori homine ad internum, hoc est, in fundum cordis abduci, quomodo recessus & adyta illius examinari, explorari, purgari & mutari sive renovari debeant; quomodo deniq; iidem in illis intimis animi recessibus ac penetralibus Deum & regnum cœleste debeant observare. De his inquã si in primo hoc capite cum in genere, tum in specie simpliciter paucula disseruero, atque ita deinceps viri illuminatissimi Joannis Tauleri Theologiam, servatis auctoris verbis quantum licet, huic Libro velut preciosam purpuram intexuero, spero abs re id non futurum. Quia universa sacra scriptura cor hominis spectat & collimat, hinc similiter tota Theologia

*Tauleri  
Theologia  
spectat  
hominem  
interiorem.*

Tauleri

Tauleri hominem interiore, & cordis sive animę fundum, adyta, & penetralia respicit. Atq; hinc est quod non semel inculcat, *Deum & regnum Dei in fundo interiore purè habendum, quærendū & inveniendum esse.* Hoc est: Quicquid Scriptura sacra & illius orthodoxa declaratio tradit ab extra, id omne in fundo cordis, in spiritu, veritate, & facto quolibet debere experiri & deprehendere, Id quod fieri non potest citra introversionem in fundum suum: adeo ut quanto frequenti⁹ & longius à mūdo in seipsum secesserit, tanto peniti⁹ in Deum & suam originem revertatur, & quò sepius Christianus hoc facit, eò conspectius in illo fiat Regnum Dei & thesaur⁹ abscondit⁹ manifestior. Atq; hos internos fructus spirit⁹ & hominis novi quisquis nō habet, ei apud Deum nec hilū proderit quantumvis magna professio, sed accensibitur illorū numero de quibus ait Christus, Matth. 7. *Domine, nunquid in nomine tuo prophetavimus?* Nam apud Deum non externū valet, sed internum; non quod in litera consistit, sed quod ex Spiritu profiscitur. Hinc, quod in Præfatione dicebam⁹, tanta differentia est inter Commodi-

*Quo longius à mundo, hoc propius Deo.*

*Magna dona nihil juvant absq; internis fructib. Spiritus sancti Notitia litera & Spiritus.*

modidactum & Theodidactū, hoc est, inter Doctum & Sanctum; quorum ille discit ab extra ex litera, hic intus ex Deo, ex Spiritu sancto, ex unctione, quæ nos docet omnia; illius sapientia in verbis, hujus in opere consistit. *Non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute;* 1. Cor. 4. Verum enimvero quia non satis est in genere hæc dicere, sed simpliciorib<sup>9</sup> crassa Minerua & in specie idem oportet inculcare, ut ad fundum suum perveniant, & donec cibū solidiorē perferre possint; ea propter velim illos exemplo & inductione quinque præcipuorum capitum Catechismi cognoscere, quomodo omnia non extra sed intra illos esse oporteat. Quod si itaque nunc aliquis dicat se credere Deum legem suā in monte Sinai dedisse, illam duab<sup>9</sup> lapideis tabulis inscripsisse, esse illam sanctissimam Dei voluntatem, vitam deniq; ad illius præscriptum ducendam esse: id etsi rectissimè dicitur ac creditur, nequaquā tamen sufficit, sed insuper necesse est Deum legem suā illius cordi inscribere, & sacrosanctam suam voluntatem in illo met perficere ac exequi: citra ista dico nihili est prior illa notitia, & credu-

*Differētia Docti & Sancti.*

\*

\*

*Externū & Internū debent cōspirare.*

\*

credulitas. At nec illa quæ modo dice-  
 bā fieri possunt, nec homo ad hoc Dei  
 opus in se pervenire valet, nisi juxta  
 vocationem & nomen Christiani, to-  
 tum cor Deo dedicet, voluntatemque  
 suam immolet, quo facto voluntas di-  
 vina incipit in illo fieri. Hujus excellen-  
 tissimi divini operis in nobis dignita-  
 tem nō ignorans regius Propheta Da-  
 vid, toto *Psal. 119.* ardentissimè Deum  
 precatur, ut illum juxta legem & testi-  
 monia sua ducere, regere, & docere ve-  
 lit, ne hoc tantum tamq; augustū Dei  
 opus forte impediatur. Similiter si di-  
 cas & credas Christum esse tuam justi-  
 tiam, vitam & beatitudinem; etsi rectè  
 te sentire non inficiabor, (*fundamen-*  
*tum enim aliud nemo potest ponere, præter*  
*id quod positū est, quod est Christus Jesus;*  
*1. Cor. 3. Et Actor. 4. non est in alio aliquo*  
*salus. Nec enim aliud nomē est sub cœlo da-*  
*tum hominibus, in quo oporteat nos salvos*  
*fieri) illud tamen juxta tibi curandum*  
 monebo, ut Christum in te habeas, h.  
 est, ab intra per fidem illum apprehē-  
 das, tuumq; facias, quoad personam,  
 & officium. Etenim si Christus tuus est,  
 sequitur omnia tua esse quæ sunt Dei;  
 non pulvisculo excepto, & licet centū  
 cœlos

Deo cor  
 totū est  
 conse-  
 crandū.

Christus  
 fit noster  
 per fidē.



coelos plenos justitia & beatitudine haberet. Nam Christi justitia major est infinitis coelis justitia & beatitudine plenis. Præterea si millies milliesque plus peccasses quàm infiniti mundi possunt peccare, nec tãtillum tibi omnia peccata nocerent. Atq; hoc pacto thesaurũ intus & intra te non extra te habere oportet; juxta illud Christi Luc. 17. *Ecce regnum Dei intra vos est: hoc est, justitia, pax & gaudium in Spiritu sancto.*

Pergamus. Qui dicit se credere, Christum esse æternum patris verbum, veramq; lucem & vitã hominum, is etsi rectè credit, frustra tamen ea fides est, nisi hoc Verbum in illo loquatur, hæc lux in illo luceat, hæc deniq; Vita in illo vivat. Nam intus & in animo hunc thesaurum habere, & cum Christo per fidem uniri oportet, aut cetera vana sunt omnia. Similiter qui rem salutarem, sanctam & preciosam esse credit orare, Deo gratias agere, & illius nomẽ laudare, hoc insuper curet oportet, ut Christus in illo oret, ut Spiritus S. in illo gemat, qui est Spiritus gratiæ & orationis, ut deniq; ipse in templo Spiritus ac veritatis, inq; adytis & recessibus cordis sui oret. Sic credere se in

*Christus  
in nobis  
loqui,  
lucere,  
& vivere  
debet.*

*Spiritus  
sanctus  
debet in  
nobis  
gemere.*

Baptis-

*Quomodo homo ad interiorē* CAP. 2.

Baptismo remissionem peccatorū, novam nativitatem, & adoptionem filij Dei esse consecutū, nec hilum prodest, nisi adsint fructus Baptismi, nova nativitas, unctio Spiritus, & divina veraq; illuminatio. Eadē ratio est si quis credat se in externo cœnæ Sacramēto verum ac essentielle corpus & sanguinem Christi sumere: nam si interna & spiritalis manducatio absit, non modo fructum inde nullum referet, sed etiā judicium bibet ac comedet. Sic deniq; piē sed frustra creditur Christum esse illum agnū Dei in cruce pro nobis immolatū, nisi idem sit noster cibus quotidianus. Atq; haften⁹ patet, quomodo thesaurum in nobis quærere & esse oporteat, non autem extra nos.

*CAPUT II.*

HOMINEM AD INTERIOREM suum thesaurum pervenire per vivam fidem, & introversionem in seipsum.

*Fides est  
Methodus in-  
trover-  
tendi in  
Thesau-  
rum in-  
ternum.*

*Esaiæ 46. Redite prevaricatores ad  
COR.*

**V**erissima didactica & methodus introversionis ad internū suum thesaurum & summum bonum,

con-

consistit in vera & viva fide: quam etsi  
 in primo & secundo Libro una cū suis  
 viribus & proprietatibus, nec nō quo-  
 modo soli Christo adhæreat, incum-  
 bat, & acquiescat, copiosè declaravi-  
 mus, nunc tamen dicendum de illa re-  
 stat, quantum instituto nostro est ne-  
 cessarium. Veræ ergo & vivæ fidei pro-  
 prietas est, Deo ex toto corde adhære-  
 re, omnem suam fiduciam in illo po-  
 nere, illi ex animo credere ac fidere,  
 se totum illi dedicare, illius miseri-  
 cordiæ se resignare, cum illo se uni-  
 re, in illo solo acquiescere & inter-  
 num suum Sabbathum celebrare, ni-  
 hil illo potius habere, nihil præter il-  
 lum optare, nihil appetere, nisi sum-  
 mum, æternum & infinitum bonum,  
 quod est omne bonum, & sine quo ni-  
 hil verè bonum est in cœlo & in terra:  
 hæc, inquam, omnia facere propter  
 Christum Jesum, qui est auctor & con-  
 sumator fidei. Atq; hæc demum est il-  
 la fides, quæ nos ad internum nostrum  
 thesaurum & sumum bonum perdu-  
 cit: Qualem David habuit cum diceret  
 Psal. 73. *Quid mihi est in cœlo, & à te quid  
 volui super terram? Qualem habuit Ma-  
 ria soror Lazari, cum sederet ad pedes*

\*

*Fidei  
proprie-  
tas.**Fides  
conciliat  
cordi  
trāquil-  
litatem.*

Jesu & verbum ac concionem illi⁹ au-  
 diret (fides enim quod dicebam modo  
 verum cordis Sabbathum & acquief-  
 centiam in Deo parit, in quo Deus ho-  
 mini fideli se manifestat) unde à Chri-  
 sto audire merebatur: *Martha, Martha,*  
*in multis occupata es. Unum est necessariū.*  
*Maria optimam partem elegit, quæ nō au-*  
*feretur ab ea.* Quæ enim est pars illa o-  
 ptima nisi solus Deus in Christo Jesu?  
 Nam per hanc fidem, quæ soli Deo cor  
 pandit & vacuefacit, optima pars eli-  
 gitur; Deus cor possidet, in illoq; habi-  
 rat Christus cum S S. Trinitate. Quæ  
 est utiq; pars illa optima, quam eligere  
 homines oportet, beatitudo, inquam,  
 & vita sempiterna. In hoc uno tota  
 Christianæ religionis summa contine-  
 tur, hic fons, hæc origo est charitatis &  
 virtutum omnium. Qui enim credit,  
 amat; qui amat, sperat; qui sperat, pa-  
 tiens est; qui patiens, idem & mansue-  
 tus est; qui mansuetus, idem & humilis  
 est; humilis timet Deum; qui Deum  
 timet, etiam orat, crucifigit suam car-  
 nem, abnegat seipsum, odit vitam pro-  
 priam, & contemnit mundum. Quo-  
 circa B. Joannes Ep. i. cap. 5. fidem ap-  
 pellat, *victoriã mundi.* Hoc Unum com-  
 menda-

Deus in  
 Christo  
 est ma-  
 ximus  
 thesau-  
 rus.

Ex vera  
 fide pro-  
 manant  
 omnes  
 virtutes

Fides est  
 victoria  
 mundi.

mendabat Christus illi lautioris fortunæ adolescenti Lucae 18. cum diceret: *Magister bone, quid faciens vitam eternam possidebo? Quem cum Christus juberet mādata Dei servare, hīc ille: Hæc omnia custodivi à juventute mea. Quo audito Jesus ait ei: Adhuc unum tibi deest: omnia quæcunq; habes vende, & da pauperibus, & veni, sequere me: & habebis thesaurum in cælo. Quib⁹ verbis Dominus innuit illud Unum, puta, optimam partem per fidem eligere, inque suam originem, Deum, per internum cordis Sabbathū reverti. Ex hoc uno promanat vitæ Christianæ ratio universa, & mandata quæcunq; animus humanus potest excogitare, haud aliter quā aqua ex scaturigine sua solet profluere, non ex lege aut necessitate, sed ex amore & libertate Spiritus: operante Deo in nobis omnia juxta suum beneplacitum, nec quicquā quod ipse non fecerit approbante. Quapropter nullis legibus, nullis mandatis, nullis interdictis hic opus est, cum fides libero motu & spiritu omnia faciat: hoc est, Deo se permittat, qui omnia ex gratia in nobis operatur. Atq; hoc sibi vult Isaias c. 55. cum jubet venire ad Dominum, illum au-*

*Unum est necessarium.*

*Vera virtus promanat ex charitate & libertate Spiritus.*

✱

dire, & absq; argento vinum & lac ab illo sumere. Fides ergo, quod dicebā, unicum medium est introversionis in seipsum, & ad internum suum thesaurum, dum Deo tranquillum Sabbatum celebrat.

*Redeundum ad principium.*

\*

Quemadmodum enim coeli motus idcirco nobilissimus ac perfectissim<sup>9</sup> est, quia in seipsum semper redit & unde cepit illic continuo absolvitur: Ita vita hominis optima est, quæ in Deum suam originem, identidem relabitur: quod fit si collectis omnibus suis viribus, intellectu, voluntate, memoria in seipsum se recipit ac secedit, valedicēs mundo & omnibus rebus carnalibus, è contra animā suam cum omnibus af-

*U. Deus in nobis operetur, oportet a mundo vacare.*

\*

*Deus nostra salutis cupidus.*

fectibus ad Deum convertens per Spiritum sanctum, perque internum ac tranquillum Sabbatum à mundo omissus & vacuus. Quippe tunc Deus Sabbatho diu expectato suavissimè fruitur, & quod unum desiderat, in homine ipsemet incipit operari. Nā Deus haud aliter nostri amore flagrat, quam si in nobis illi sint omnia, vt manifestare nobis possit abyssum divinitatis, & plenitudinem suæ naturæ atq; essentialitæ, ut deniq; non magis suus quā noster sit. Cui proinde homo gratius facere

cere

cere nihil potest, quam si has animi fe-  
rias hocq; tranquillum cordis Sabba-  
thum identidem Deo celebret. Neque

enim De<sup>9</sup> alia re indiget ad opus suum

in nobis obeundum, quā corde humi-

li & tranquillo; quod habito, in anima

hominis ea opera edit, quę & nullis hu-

manis viribus possunt præstari, & ho-

minis oculos aspectumq; non admit-

tunt. Tanta quippe divinę sapientię in

operibus suis efformandis morositas

est, ut cujuscunq; creaturæ oculos &

curiositatem nō patiatur. Ergo quan-

tum anima in Deo, tantumdem Deus in

illa acquiescit; totus in tota, & tota in

toto. Sin homo suam voluntatem, in-

tellectum, memoriam, & affectum ex

sui animi sententia & quo vult ipse

convertat, tum vero Deus illis uti & o-

pus suum in ipsis edere non potest. Et

enim hæc conditio est rerum unienda-

rum, alteram pati, agere alteram oportet.

Atqui Deus infinita & continuo o-

perans mens, ac merus actus, nullam

quietem capit, sed non impeditus agit

& operatur in homine necessario. De-

claremus quod dicitur similitudine.

Quemadmodum oculus objectum a-

liquod visurus, & imaginem illius con-

b 3

ceptu.

Deus o-  
peratur  
in corde

humili  
& tran-  
quillo.

\*

\*

Quies-  
cere o-

portet se

Deus in  
nobis de-  
bet ope-  
rari.

\*

cepturus, omni imagine & forma vacu<sup>9</sup> sit oportet: Ita anima cum suis viribus, intellectu, voluntate, memoria, & appetitu, Deum concipere non potest, cum mundo & terrenis rebus plena & occupata est. Similiter sicut aurē quæ suavissimum musicum concentū est admissura, omni strepitu, tinnitu & sonitu vacuum esse oportet: ita anima voluptates divinas auditura, mundi debet oblivisci. Quanto itaq; longius anima à rebus terrenis secedit, tanto cœlestior fit; quantoq; minus voluptatibus carnalibus delectatur, tanto ampl<sup>9</sup> naturam divinam participat. Verum, immobile, & multarum artium ac inventionum principium est, *Naturam omnia implere seipsa, & omnia potius perpeti, quam ut vacuum admittat.* Haud aliter Deus, ubi homo cor suum amore mundano, philautia, & appetitu affectuq; rerum terrenarum exspoliavit & vacuefecit, non potest non vacuum & feriatam animam divina sua gratia, charitate, sapientia & cognitione implere. At quisquis è contra mundo plenus est, eum à rebus cœlestibus vacuum esse consequitur. Cum Abraham jubente Deo ex domo & cognatione sua

\*  
Anima  
vacua &  
trāquil-  
la est Dei  
officina.

\*

sua



fua egredere, à Deo illuminatus fuit. Nostri carnales affectus, philautia, arbitrium liberum, amor sapientiæ propriæ, ambitio, libido, sunt nostra cognatio: quam deferere, & à qua egredi, res est violenta, perdifficilis, & ingrata. Ut ut autem sit, certè introitus primaq; velut janua est ad thesaurum absconditum & margaritã in agro latentem; juxta dictum Christi Matth. 13. *Inventa una pretiosa margarita abijt negotiator, & vendidit omnia quæ habuit & emisit eam.* Huc etiam pertinet illud Marci 10. *Amen dico vobis, nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrẽ, aut filios aut agros propter me, qui non accipiet centies tantum, & vitam eternã.* Nihil enim sensu mystico fratres & sorores sunt, quam affectus & cupiditates carnales, quam voluntas, quam libido, quæ procul habenda sunt, si Deo impleri volumus. Quemadmodum Deipara Maria, virgo fuit (permansura etiam in omnem æternitatem) cum Christũ conciperet: ita animam nostram oportet immaculatam virginem esse, hoc est, amoribus mundi se non substernere, quo pacto spiritualiter Christum concipiet, ha-

\*

*Quomodo omnia re-  
linquen-  
da & ve-  
denda  
sint.*

*Affectus  
carnales  
volun-  
tas &  
concupi-  
scentia  
sunt de-  
serenda.*

*Ignis amoris  
divini  
carnes  
concupiscentias  
debet  
sombu-  
rere.*

bebit maximum thesaurum in se, erit filia Regis ornata ab intus, & divitias gazasque suas absconditas feret. Sin mundo desponsata est, Christo nubere non potest. Verba sunt Servatoris nostri Lucæ 12. *Ignem veni mittere in terrã:* qui ignis amoris divini utinam sic exardescat, ut omnes nostri affectus, appetitus carnales & libidines ab illo absumantur! *Non veni pacem mittere, sed gladium;* Matth. 10. Faxit De<sup>9</sup> ut gladio Spiritus divini omnes carnales concupiscentiæ & voluptates mortificentur, quo De<sup>9</sup> in nobis vivere & operari possit. Quod si nũc aliquis dicat se per impedimenta vocationis suę in cor suum secedere nō posse, ei autor sum, ut noctu vel interdiu locũ, tempus & oportunitatem, quaqua potest ratione, captet, ad secedendum aliquantisper in fundum & penetralia animi sui, & cum B. Augustino dicat: *O Domine Deus, placeat tibi mecum pactum inire, vt ego funditus mihi moriar, & tu in me bibas; ego plane intra me taceam, & tu e contra in me loquaris; ego deniq; ab omnibus intra me feriar, ut tu in me opereris, Amen.*

## CAPUT III.

IN FIDE CONSISTERE TOTUM

*thesau-*

CAP. 3. *consistat in fide.* 17  
thesaurum interiorem, puta Deum,  
Christum, Spiritum sanctum &  
Regnum DEI.

Ad Ephes. 3. *Deus det vobis secundū  
divitias gloriæ suæ, virtute corro-  
borari per Spiritum ejus in inte-  
riore homine, Christum habitare  
per fidem in cordibus vestris, &  
radicari ac fundari in charitate.*

**C**hristiani præcipua cura & prima-  
rium studium esse debet, ut fidē  
rectē intelligat & excolat: quia  
in hac Christus, Regnum Dei & tota  
beatitudo continetur. Unde in Ep. ad  
Hebr. c. 11. fides *Hypostasis* dicitur, quia  
tota spiritualis vitæ ratio & essentia in  
fide & viva operosaq; virtute, nequa-  
quam vero in nuda scientia, specie,  
umbra ac prætextu verborum cōsistat.  
Breviter, sola fides est quæ omnem mi-  
seriam & infelicitatem aufert, & salu-  
tem ac beatitudinē è contra conciliat.  
Hinc in Christianismi tyrocinijs, inq;  
primo Ecclesiæ limine, baptisate, in-  
quã, per quod quasi per januam Chri-  
stianam religionem ingredimur, fides  
nobis inculcatur. *Qui crediderit & ba-  
tizatus fuerit, salvus erit.* Et B. Paulus Ro-  
man. 10.

man. 10. *Hoc est verbum fidei quod predicamus, quia si in corde tuo credideris, salvus eris.* Porro quia fidei natura & essentia per proprietates suas planissimè innotescit, libet octo insigniores hoc capite exequi. Harum I. est spiritualis libertas à peccato, morte, diabolo, inferno, legis anathemate, omnibus Mosaicis typicis ceremonijs, & mandatis ac traditionib<sup>9</sup> hominum. Quemadmodum enim nihil animæ intolerabili<sup>9</sup> potest accidere, quam cum tela ignea nequissimi & tyrannidem Antichristi pati cogitur, per quam infirmæ conscientiæ mandatis hominū capiuntur, illaqueantur, & torquentur; ita nulla major quies, pax, consolatio, & lætitia eidem potest obtingere, quam vera libertas conscientiæ, & exemptio à potestate diaboli, peccati, & traditionum humanarum: quæ conscientiæ immunitas revera nihil aliud est, quam vera & salvifica fides. Hæc quippe Christum Filium Dei cum omnibus gratiæ thesauris apprehendit, præcipuè vero reconciliationem cum Deo, remissionē peccatorum, Spiritum sanctum, omnia quæ Dei sunt, & vitam sempiternam. Atque hanc fidem qui habet, ei consequen-

quen-

quenter peccatum, mors, diabolus, infernus ac mundus nocere nihil possunt: quia Christum in se habet, qui est ipsius iustitia contra peccatum, vita contra mortem, fortitudo contra diabolum, cœlum contra infernum, victoria contra mundum, benedictio contra mundi maledicta, beatitudo contra omnes hujus sæculi calamitates, libertas denique contra omnes humanas traditiones; juxta illud Christi Joan. 8. *Si vos filius liberaverit, verè liberi eritis.* Unde patet Christum fidei esse omnia, nec alia re ad beatitudinem consequendam fidem indigere, quam Christo: eandem vero vicissim animæ & cōscientiæ prestare quietem, pacem, libertatem; pellere omnem timorem, terrorem & angustiam; & denique cor in Deo alacre & excitatum efficere. II. Per fidem anima cū Christo unitur, haud aliter quā sponsus cum sponsa. Osee 2. *Sponsabo te mihi in sempiternum: & sponsabo te mihi in fide.* Post quā desponsationem sequitur communio omnium bonorum, etiam crucis ipsius: sic ut quæ Christus habet, ea animæ esse incipiant, & quæ animæ sunt, ea Christus accipiat. Hinc quia Christus omnia cœlestia eternaq;

bona, sapientiam, justitiam, sanctita-  
 \* tem, redemptionem, beatitudinē & vitā  
 æternam habet, ipseq; adeo est hæc o-  
 mnia; singula animæ propria efficiun-  
 tur. Et quia anima nostra è contra ha-  
 \* bet peccatum, immunditiam, calami-  
 tatē, miseriam, anathema & mortem,  
 idcirco Christus hæc omnia sua facit;  
 bona sua nobis largiendo, & vicissim  
 nostram paupertatē & miseriam assu-  
 \* mendo. Adhęc quia Christi bona eter-  
 na, invicta, & omnipotentia sunt, ea-  
 propter vincunt, deglutiunt, & extir-  
 pant omnia nostra peccata una cum  
 ipsa morte. Atq; hoc pacto anima no-  
 stra à peccatis liberatur, & vicissim  
 Christi justitia induitur. Quę vero per-  
 mutatio & verfura admirabilior posset  
 excogitari quā peccato justitiā, morte  
 vitam, maledicto benedictionem, cō-  
 demnatione deniq; æterna beatitudi-  
 nem æternam permutare? Quocirca  
 impossibile est, peccata quæ in Christo  
 absorpta, occisa & extincta sunt, fide-  
 lem & Christianum condemnare. Nam  
 si mors absorpta est in victoria, ut ait Pau-  
 lus I. ad Cor. 15. sequitur etiam pecca-  
 tum absorptum & deletum esse. III.  
 Indidē sequitur per fidem animos no-  
 stros

stros

stros de beatitudine æterna certos fieri. *Certus sum*, inquit Paulus ad Rom. 8. *quia nulla creatura poterit nos separare à charitate Dei.* Et Isaias c. 28. *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem preciosum, qui crediderit, non festinet.* Cap. 55. *Feriã vobiscum pactũ sempiternũ.* Cap. 54. *Misericordia mea non recedet à te, & fœdus pacis mee nõ movebitur: dixit miserator tuus Dominus.* IV. Hinc sequitur victoria fidei, de peccato, morte, diabolo, inferno, & mundo; juxta illud 1. Johan. 5. *Omne quod natum est ex Deo vincit mundum: Quis autem vincit mundum, nisi qui credit quoniam Jesus est Filius DEI?* Quib<sup>9</sup> verbis etiam fidei origo subindicatur, & quod illa non à naturalibus hominum viribus existat, sed Dei opus in nobis, novaq; divina & supernaturalis nativitas sit; juxta illud Psal. 110. *Filij tui nascuntur tibi sicut ros ex Aurora.* Porro quia hæc nova nativitas supernaturalis est, idcirco mundus universus nocere illi nihil potest, & utcunq; sepe Christianus mundi peripsema esse cogatur, attamen in Christo manet victor inclytus & triumphator gloriosus; juxta illud ad Rom. 8. *In his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos.* V. Hinc

\*

\*

Hinc etiam procedit Fidei majestas, illaque duplex, spiritualis altera, & abscondita, altera futura, visibilis, & manifesta in vita æterna. Quam utramque Christi majestatem per fidem participamus. Itaq; cum Christi majestas regia sit & pontificalis, ipse nos similiter coram Deo Reges & sacerdotes fecit: quam dignitatem B. Petrus Epist. r. cap. 2. explicaturus verba vix invenit. *Vos autem, inquit, genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis.* Porro majestas regni Christi in eo consistit, quod in illo omnia eterna sunt, gratia, justitia, consolatio, vita, gaudium, pax, & beatitudo: in quo differt ab omnibus mundi hujus imperijs, quorum bona cum ipso mundo collabuntur, gratia autem Principium cum ipsis extingui solet; è contra hic sicut Christus est æternus, ita ipsius gratia, justitia, & salus pariter æterna sunt. Itaque etiam Christiani regnum in eo consistit, quod per fidem spiritualiter super omnia exaltatus est, quod nihil illi obesse potest ad salutem, quod omnium que nocere illi possunt Dominus est, quod deniq; omnia illi subjiciuntur, & ad salutem conferunt; juxta illud

\*

illud



illud ad Rom. 8. *Diligentib<sup>9</sup> Deum omnia  
cooperantur in bonum*; puta, vita, mors,  
diabolus, infernus, & mundus. Unde  
patet quã augusta, illustris, & splendi-  
da sit regni nostri spiritualis majestas,  
quantus item noster principatus, quã-  
do nulla res a deo bona malaq; est, quin  
ad salutem nobis conferre & conduce-  
re cogatur, postquam Christum habe-  
mus, & Christus nos. Nihil enim Chri-  
stianus opus habet ad salutem præter  
Christum per fidem. O libertatẽ Chri-  
sti amorem preciosam! O potestatem  
interioris hominis admirabilem! Nam  
cum probitas, beatitudo, & libertas  
Christianorum, sicut eorundem defe-  
ctus, servitus & miseria, res sint non  
externæ aut corporales, sequitur nihil  
externum ab hominib<sup>9</sup> excogitatum  
animæ prodesse, nec Christianum me-  
liorem aut beatum facere posse, exce-  
pto solo Verbo Dei & Sacramentis. Ec-  
quid enim animæ prodest, corpus esse  
liberum, sanum, validum, bene edere,  
beneq; bibere? Quid itẽ animæ nocet,  
si corp<sup>9</sup> captivũ, debile, & ægrum sit, si  
esuriat, sitiatur, & duriter habeatur? Non  
possunt enim hæc talia illam liberam  
aut servam, nec probam malamve effi-  
cere.

\*

\*

\*

cere. Jam sicut fideli animæ nihil nocere potest, sed regiam suam majestatem & libertatem perpetuo retinet: ita eidem respectu spiritualis sacerdotij obesse aut derogare externorū nihil potest. Etenim illius sacrificium, oratio, gemitus & devotio in fide spiritualiter peraguntur, sine impedimento rerum externarum, puta temporis, loci, cibi, vestium, & templorum. Vicissim animæ ne gry quidem conferunt etiam montes & maria rerum externarum, velut imagines, vestes, templa, jejuni-um corporale, oratio oralis, & opera externa quæcunque. Nimirum omnia ista leviora sunt, quam ut animam vel bonam vel liberā efficere possint: quandoquidem illa etiam impij & hypocritæ præstare possunt, citra ullā animæ utilitatem. Quippe quæ nihil in coelo terrave habet in quo vivere, per quod pia & libera fieri, in quo deniq; suaviter & cum voluptate acquiescere possit, præter Christum in quo per fidem jucūdi-  
 \* *ssimè respirat; juxta illud Christi Joh. 14. Ego sum via, veritas, & vita; & Matt. 11. Venite ad me, & invenietis requiē animabus vestris. Quocirca cum fides Christum habet, jam alia nulla re indi-*

get

get, quia in Christo habet omnia, cibum, gaudium, pacem, lucem, scientiam, iustitiam, veritatem, libertatem, solatium, beatitudinē, vitam, precum admissionem & quid non? *Omnia & in omnibus Christus*, inquit Apostolus ad Colof. 3. Quod si externis ceremonijs decori causa oporteat interesse, novit Christianus *omnia munda mundis esse*, ad Tit. 1. & Joh. 15. *Jam vos mundi estis, propter sermonem quem locutus sum vobis.* Adeo animam inquinare nihil potest, præter incredulitatem & fructus illi.  
 VI. Fidei est renovare totum hominē, operari in illo charitatem, omnes virtutes Christianas, & opera misericordiæ, non sane ut quicquam illis apud Deum promereatur, sed ut gratus sit; juxta Ps. 50. *Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua.* Hinc fides cōfestim in homine novam vitam orditur, & verbum Dei in illo vivificare, inq; succum & sanguinem convertere incipit. In fide enim tota sacra scriptura continetur. Sicut ergo verbum Dei sanctum, verax, justum, vivum, spirituale, liberum, & omni bono plenum est: Ita eos qui vera fide illud apprehēdunt similiter sanctos, justos, vivos, vera-

veraces, Filios Dei, & omni bono plenos efficit. VII. Que et si ita se habeant, fidesque salvifica sit victoria mundi & diaboli, attamen proprium illius est ex charitate omnibus se subijcere & servire. Nimirum cum cogitat à Deo Christum & cum illo omnia gratis esse donata, sic ut ad salutem suam nihil rerum mundanarum opus habeat, nihil à charitate Dei illum separare valeat, nihil denique in toto mundo illi nocere possit: Hinc vero non potest non animum inducere, ut ex debita gratitudine, & ad honorem Dei, proximo suo id fiat, quod Christus prior ipsi factus fuerit. Quasi dicat: Omnia mea dona, sapientia, intellectus, opes, consolatio, proximi mei erunt, quemadmodum mea facta sunt, benignitate Christi. VIII. Proprietas fidei est crucem quamcunque vincere, mitigare, illaque gloriari. Quia plus bonorum in Christo habemus, quam in mundo sumus relicturi; plus honoris, quam ab hominibus nobis eripi possit; tantum charitatis, ut quæcunq; odia hominum non moremur; tantum benedictionis, ut mundi anathemata floccifacere possimus; tantum gaudium, ut mun-

mun-

mundus contristare nos nō valeat. Deniq; si possibile foret corpus nostrum millies milliesq; jugulari & trucidari, manet tamen & manebit Christus noster Dominus & vita nostra sempiterna, quæ est utiq; infinitis partibus melior quam hæc caduca.

CAPUT IV.

QUOMODO FIDELIS ANIMA in seipsa Deum quærere debeat. De pulcritudine & beatitudine animæ cum Deo unitæ.

Joan. 17. *Notum feci eis nomē tuum, ut dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.*

**D**Eus duplici modo quæritur, Ex-  
terno & Interno. Ille in actione  
consistit, sic ut ipse homo Deum  
quærat; Hic in passione, sic ut homo  
quærat à Deo. Ille peragitur varijs  
exercitijs operū Christianorum, qua-  
lia sunt jejuniū, oratio, solitudo, man-  
suetudo, prout homo à Deo impellitur  
aut ab hominibus pijs instituitur & e-  
ruditur. Hic autem per introversionē  
in fundum cordis, & observationem  
regni Dei, quod in nobis est; Lucæ 7.  
Jam si regnum Dei in nobis est, sequi-  
tur

Duplex  
modus  
quæren-  
di Deū.

\*

*Deus est  
anima  
propior,  
quã ipsa  
sibi.*

*Deo se  
resigna-  
re.*

\*

\*

\*

*Verum  
fundum  
qui in-  
venia-  
tur.*

*Anima  
quã pul-  
cerrima.*

tur ipsum Deum cum omnibus suis bonis in nobis esse, animæque nostræ propiorem & intimiorem, quam sit ipsa sibi. Atque hoc animæ fundum inquirendum est, hac fere ratione. Homo modo passivo in omnibus qua internis, qua externis rebus divinas circa se dispositiones equo animo tolerare debet, deo se resignare, in illius voluntate acquiescere, sic esse velle ut illi videtur, pauper, dives, hilaris, tristis, aridus, devotus. Nam hac ratione cor repurgatur ab omnibus creaturis, quas sensus & ratio ab extra in animam convexerunt. Quæ deinceps ita nuda & exula rebus rationalibus, sensibilibus, creatis, & quæ non sunt ipse Deus, pervenit ad fundum suum, illicque Deum pure cum sua luce & essentia invenit. Nam ut semel dicam, omnia deserenda sunt ei, qui hoc fundum velit invenire: quotquot vero illud inveniunt, hi hominum omnium suavissimi fiunt, & quia nulli creaturæ adhærent more hominum naturalium, sed in Deo sunt, cum illoque uniti manent, idcirco supra naturam evehuntur. Quod si istiusmodi anima oculis conspici posset, nemo non illam creaturarum pulcerrimam, & divinum lumen

lumen in illa radiare agnoſceret, quia cum Deo unita eſt, & divina, nō natura, ſed gratia, nihilq; in tempore aut eternitate deſiderat, præter ſolum Deum, nec quicquam ſuum querit in ſpiritu vel natura. Jam ſi etiã alia anima oculis corporeis cōſpicienda offerretur, quæ omnem ſuum amorem creaturis addixerit, nihil præter voluptatem carnis, oculorum & ſuperbiam vitæ conſectetur, per amorem formas & imagines creaturarum in ſe attraxerit cum illisque ſe univerit: Quis dubitet illam mōſtrum terribile ac portētum ipſo diabolo turpius ſanctorum oculis viſum iri? Quando ergo in illa die ſingulorum corda & conſcientiæ ma-

Damna-
torū do-
lor, &
beatorū
gaudia
unde.

nifetabuntur, & interior oculus aperietur, ut ſinguli ſeipſos ſpectare & cōtemplari poſſint: tum vero iſtiusmodi impura anima occultam ſuam abominationem in eternum videre cogetur, omnemq; in ſeipſa miſeriam, cordolium, angorem & cruciatum inveniet. E contra pura & divina anima Deum & illius regnum in ſeipſa, eſſentialiter videbit & poſſidebit, propter unionem cum Deo. Quam animarum cum Deo unionē qui intelligit & meditatur, næ ille

\*

ille sciet quid sibi velit B. Paul<sup>9</sup> ad Roman. 8. cum ait: *Nec altitudinem nec profundum separare nos posse à charitate Dei.* Quod si possibile foret istiusmodi divinam animam in inferno esse, nihilominus Regnum Dei suamque beatitudinem in se esset habitura; sicut è contra damnata anima aut Diabolus, etsi in Paradisum aut cœlum transferantur, semper tamen suum infernum, suosque cruciatus in seipsis circumferunt.

### CAPUT V.

QUOMODO HOMO IN DEUM trahi possit. Quid sit paupertas spiritualis. De gradibus humilitatis.

Lucæ 18. *Qui se humiliat, exaltabitur.*

*Humilitas est metho-  
dus Deū  
cognos-  
cendi.*

**S**unt homines non pauci, qui sese cum Deo unire student multifariam per lectionem aliaq; devotionis exercitia: at si verum fateri licet, post salvificam fidem, quæ cor ab amore creaturarum repurgat, ( prout supra docuimus, & deinceps uberius ostendetur) melior & facilior via ad unionem cum Deo non datur, quam  
per



per veram humilitatem. Eam vero nō  
 in verbis & in externa adumbrataque  
 specie, sed in animo consistere oportet,  
 sic ut homo ex animo, cum spiri-  
 tualium tum naturalium donorum  
 respectu nihil de seipso sentiat, sed in-  
 tus & in spiritu pauper, non honores,  
 non bona fortunæ, non corpus & ani-  
 mam, non pacem & gaudium, non de-  
 niq; quicquam tanti faciat, quin si ali-  
 ud Deo videatur, illius causa, libentis-  
 sime eo velit carere: atque adeo si in-  
 ferni pœnæ illi perferendæ sint, eas sibi  
 merito irrogari animum inducat, Dei  
 decreta approbet, illiusque volunta-  
 tem omnibus ducat potiolem. Hæc  
 quippe est illa vera paupertas spiritua-  
 lis, parata propter Deum omnia hilari  
 & equo animo relinquere ac perpeti, si  
 hoc Deo videbitur: exemplo Servato-  
 ris nostri, qui nō suam sed cœlestis pa-  
 tris voluntatem fieri orabat, qui opta-  
 bat fieri anathema & vermis, qui factus  
 est obediens usq; ad mortem, mortem autem  
 crucis: quocirca etiam usq; adeo fuit à  
 Deo patre exaltatus. Hanc talē tantāq;  
 cordis humilitatē quisquis habet, is ve-  
 ro spiritu pauper est: & licet rex sit, ni-  
 hil tamē id obstabit divinæ vnioni. Hic  
 est

Vera  
 humili-  
 tas quid  
 sit.

Pauper-  
 tas spiri-  
 tualis.

\*

Non im-  
 peditur  
 opibus  
 externis.

est ille verè pauper & egenus, qui clamat, ut est in Psal. 34. *Iste pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum.* Quod si possibile foret hunc talè aliquot millenis milliaribus à Deo abesse, tum sanè clementissimus Deus per superabundantem suam misericordiam & bonitatem, ad se ipsum pertrahere cogeretur. Nam opulentia gratiæ divinæ amplectitur humanam miseriam, illamq; relinquere multo minus potest, quam pater ægrum & afflictum filium. Cujus rei exemplum habemus in Cananæa muliere, quæ cum ex animo se ipsam ceu canem despicaretur, protinus à Christo auxiliū impetrabat. Nemo enim, nemo alia via ad vivam veritatem pervenit, quam per hanc agnitionem propriæ vilitatis. Quod quisquis intelligit, ei non contemptus, nō crux, nō contumelia acerba sunt; imo gaudet & gloriatur illis, cum Apostolis, ut Deus cum sua gloria in suam miseriam se demittat. Nam, ut modo dicebam, compendiosior ratio nō est, qua homo ad Deum veniat & in illum pertrahatur, quam profunda cordis humilitas, & vera Spiritus paupertas. Id quod nobis typicè adumbratū voluit Deus

\*  
*Gratia Dei erga humanā miseriam.*

\*  
*Agnitio propria vilitatis est via ad vivam veritatē*

\*  
*Gradus Humilitatis.*

Deus

De<sup>9</sup> per thronum Salomonis, ad quem sex gradibus ascendebatur, septimus autē erat sedes & thronus pacis. Similiter sex Humilitatis gradus sunt, per quos ascendendo pervenitur ad cœlestem Salomonem, illum verum pacis Regem, quo cordis pax & tranquillitas præfiguratur. *Primus gradus* est, de omnibus plus quam de seipso sentire, & optare nullo loco ac numero haberi. *Secundus*, nullum cōtemnere aut judicare, sed seipsum respicere; juxta illud: *Quicquid agāt alij, sis memor ipse tui.* *Tertius*, oblatos honores fugere & repudiare, susceptis autem necessario, contristari. *Quartus*, contentu gaudere, nedum patienter illum ferre. *Quintus*, cum vulgaribus & vilibus hominibus libenter conversari, nec tantum illis se non meliorem, sed omnibus hominib<sup>9</sup> miseriorem, & deteriorem se existimare. *Sextus*, sponte & libenter non majoribus tantum, sed etiam minimis obedire. Atque per hos gradus ad supremum usq; ascendim<sup>9</sup>, ubi est sedes Salomonis & veræ pacis. *Est humilis via,* inquit S. Augustinus, *sed excelsa patria.* *Si patriam desideras, viam hanc ambules.*

## CAPUT VI.

QUOMODO SUMMUM ET ÆTER-  
num bonū animæ nostræ sæpe in mo-  
mento innotescat. Quæ & ubi sedes  
Dei in anima sit.

Cantic. 5. *Quo abiit dilectus tuus, o  
pulcerrima mulierum.*

*Deus  
semper  
nobis ad-  
est et si  
nos illū  
non sem-  
per ob-  
serve-  
mus.*

\*

\*

*Dei A-  
pocaly-  
psis in  
anima.*

**E**T si dilectus noster semper nobis-  
cum est, nunquam tamen se pate-  
facit, nisi cum cor tranquillum  
est, cum omnes sensus introversi sunt,  
& in Deum collecti quiescunt; cum in  
intellectu nihil terrenum apparet, sed  
universa animalis sapientia occidit &  
in divinam noctem & caliginē est com-  
mutata. Nam tunc divina lux exori-  
tur, & fundit de se radium & stricturā  
per tenebras & caliginosum illud in  
quo De⁹ habitat, in quo voluntas dor-  
mit & cum Deo est unita, in quo deniq;  
memoria mundi & temporis est obli-  
ta: unde vicissim in momento divina  
lux intellectum ferit, cœlestis concu-  
piscētia voluntatem, & æternum gau-  
dium memoriam: ut cunq; nec intelle-  
ctus, nec voluntas, nec memoria quic-  
quā comprehendere aut retinere ser-  
vareq; possit, quia nimirum animæ fa-  
cultata-

cultatibus non inheret aut insidet, sed in illius intimo fundo ac essentia occultum permanet. Idem tamen excitari potest per verbum, sic ut clamemus cum S. Monica, *Evolemus, evolemus ad æterna gaudia.* Nam ex hoc fonte promanarunt omnium sanctorum gemitus, ut dicebam modo, inenarrabiles. Hanc dulcedinem cum B. Paulus libavisset, Rom. 8. exclamabat: *Certus sum, quia neque mors neque vita, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei,* puta qua Deus illum complexus, & quam ipse in se expertus erat & degustaverat. Sic B. Augustinus dicit se subinde in anima *tantam percipere voluptatem, ut si foret continua, nil nisi cœlestem & æternam vitam illam esse sit arbitraturus.* Atque hæc est illa voluptas quæ animam nostram implere & ad se pertrahere gestit, ex cuius gustu discimus quid sit vita æterna, in qua anima nostra istiusmodi suavitatibus affluet. Hinc devota anima cap. 5. Cantici ait: *Anima mea liquefacta est.* Quasi dicat: Hæc est summa votorum meorum, hoc unum desidero, hoc suspiro, ut dilectum sponsum meum inveniam, illius amore me expleam, pristinam ac cœlestem meam nobilitatem consequar, quæ

\*

*Præ gustus  
vitæ æternæ.*

*Anima  
nobilitas*

consistit  
in unio-  
ne cum  
Christo.

Christus  
anima  
vigor.  
\*

\*

Dei se-  
des in  
anima.

consistit in unione cum Christo, ut de-  
niq; nulla re caduca & fragili, nedum  
peccatis & voluptatibus carnis dele-  
cter. De hac animæ nobilitate minimū  
sciunt, qui nunc homines sunt, etiam  
doctiores & iudicio mundi sapientes.  
Itaq; qui de anima & illius facultati-  
bus libros composuerunt, veritatem  
ex fundamento non perspexerunt. Nā  
Christus vera animæ vis & facultas est,  
illius inquam intellectus, voluntas &  
memoria; lux in intellectu, voluptas  
in voluntate, & gaudium in memoria.  
Eadem ratione Christi<sup>9</sup> est vera sancti-  
ficatio, gloria & ornatus animæ, sic ut  
homo propter charitatem Christi quā  
in se experitur, non peccet; juxta illud  
1. Joan. 3. *Omnis qui in eo manet non pec-  
cat: Omnis qui natus est ex Deo, peccatum  
non facit: quoniam semen ipsius in eo ma-  
net, & non potest peccare.* Imo ex hac  
charitate Christi, exoritur sæpe tantū  
ac tale gaudium, ut, si quando propter  
Christū crux aut contumelia venit to-  
leranda, eæ non dolore sed lætitia ani-  
mam perfundant. Atq; hæc quæ modo  
dixi, existunt ex imo fundo animæ &  
Deo: qui in purissima & nobilissima  
animæ essentia sedem sibi sanctificavit  
&

&

& exemit, sic ut in illam non angelus, non homo, non deniq; creatura ulla, in illam penetrare possit, quam proinde etiam solus inhabitare, & communicare nulli vult. Etenim summa Dei voluptas est, in pura mundaq; anima habitare; juxta illud Prov. 8. *Delicia mea esse cum filiis hominum.* Quanta autem hęc voluptas, & quales deliciae sint, nemo quidem nisi expertus novit, sufficienter tamen & pro merito explicare non potest. \*

## CAPUT VII.

DE DIGNITATE ANIMÆ, VERA contritione, & Dei misericordia seu benevolentia.

Isa. 56. Matth. 21. *Domus mea, domus orationis est.*

**A**NIMÆ dignitas in eo consistit, *Summa* quod Dei domus & habitatio est *animæ* cœlo terraq; longe gratior, sic ut *dignitas* fidelis anima plus Dei in se habeat, quã cœlum, quam omnia templa manufacta, quam deniq; creaturæ universæ. Nam De<sup>9</sup> totum cor suum animæ opposuit, hanc deperit, hanc in delicijs & amoribus habet, hanc unam ut honoret, & beatam faciat, cætera creavit u-

*Ubi Deus  
proprie  
habitet.*

\*

\*

\*

*Anima  
est Dei  
Sponsa.*

\*

*Deus u-  
nica no-  
stra vo-  
luptas  
esse de-  
bebat.*

*Dei pul-  
critudo.*

niversa. Quocirca cum Deus animam  
solam amet, intendat, & quærat, rectè  
dicimus illum verius in anima esse,  
quam in cœlo & templis manufactis.  
In hac etiam omnia sua opera edit, il-  
lique largitur. Hæc omnibus creaturis  
nobilior est à Deo condita eo fine, ut  
seipsum illi donare posset: nam si quid  
aliud præter se illi dare vellet, anima id  
esset dedignatura & aspernatura. Ver-  
ba sunt B. Pauli ad Eph. i. *Deus elegit nos  
in Christo ante mundi constitutionē: Quin  
ergo in hoc toti sumus, & unum hoc  
agimus, ut fiamus id quod ab æterno  
in illo fuimus? Quia anima sponsa Filij  
Dei est futura, sequitur illā præ omni-  
bus creaturis à Deo amari. Et sane ex  
hoc amore Filius Dei ab altissimo exi-  
vit, ut conjungeretur amasiæ suæ, quā  
pater ab æterno sibi desponsaverat, &  
ut ipsam reduceret ad altissimum, un-  
de emanarat. Quæ cum ita sint, & De⁹  
animam sic in amoribus habeat, ut ar-  
dentius illam deperire non possit, ra-  
tionis manifestæ est, hominē vicissim  
in solo Deo acquiescere, nec quod Deo  
admodum novit displicere, cuicunq;  
creature cor & animum suum appone-  
re. Præsertim cum tanta sit Dei pulcri-  
tudo*

tuto



tudo & suavitas, ut si illum anima vel  
 per nebulam conspiceret, ejus causa  
 mundana omnia sit relictura. Pudeat  
 proinde animam tantopere Deo cha-  
 ram cuiquam creaturarum amorem  
 suum addicere: pudeat, inquam, illam,  
 & serio contristetur, si quicquam fecit  
 adversus Deum, si Deum omnibus cre-  
 aturis non præposuit, si Dei honorem  
 in omnibus non quæsit, nec illum  
 super omnia amavit, sed creaturas, &  
 seipsam. Quæ est vera, unica, Deoque  
 accepta contritio. Omnes creature na-  
 turaliter Deum plus amant quàm seipsas,  
 dum illi<sup>9</sup> mandata exequendo consu-  
 muntur: solus autem peccator seipsum  
 impensius amat quam Deum. Quare  
 qui contristatur sui damni causa, ne-  
 quaquam vero quia Deum offenderit &  
 injuria affecerit, eum certum est veram  
 contritionem nondum habere. Etenim  
 si nec coelum nec infern<sup>9</sup> esset, nihilo-  
 min<sup>9</sup> gravissimè angere animam eo oport-  
 tebat, quia Deum offendisset: cui<sup>9</sup> gra-  
 tia coelum, & ira infernus est. Sin con-  
 tritionem habet qualem descripsi, nec  
 non veram fidem in Christum, tum ve-  
 ro Deus omnia illi ex animo cõdonat:  
 quia magis honorificum ipsi est pecca-

Vera cõ-  
 tritio.

\*  
 Omnes  
 creature  
 Deum im-  
 pensius  
 amant  
 quam  
 seipsas.

ta remittere, quā punire. Taceo ipsam  
 iustitiam ad exercendam misericor-  
 diam Deum adigere, quia nimirum pa-  
 ter noster est, & nos illius filij. Si autē  
 pater noster est, sequitur ipsum pater-  
 næ suæ benevolentiaē decreta circa  
 nos exequi, sive cum iustitiam, sive cū  
 misericordiā exercet. Cui paternæ Dei  
 voluntati utiq; resignare nos debem⁹,  
 quam quisquis approbat, ei nō possunt  
 non placere & iudicia & misericordiæ  
 ipsius. Quicumq; enim Deum ex animo  
 diligit, is in omnibus illi suffragatur,  
 qualiacunq; de ipso vel alijs creaturis  
 disponat: suam voluntati divinæ sem-  
 per conformans, & potius in inferno  
 cum Deo, quam in cœlo sine Deo ver-  
 sari eligens.

*Qui Dei  
 voluntatē ap-  
 probat,  
 omnia  
 appro-  
 bat.*

### CAPUT VIII.

DEI VOCAATIONEM COR AC A-  
 nimum respicere, & ducere ad  
 seipsum.

*Psal. 50. Deus advocavit cœlum &  
 terram, discernere populū suum.*

*2. Tim. 1. Deus vocavit nos voca-  
 tione sancta.*

*Dei de-  
 siderium  
 erga nos.*

**D**EUS Pater cœlestis cū omni quod  
 est, quod habet, & quod possidet,

*nos*

nos ad se vocat, invitat, & allicit. Nam tanto noltri amore ac desiderio ardet, velut si tota ipsius divina essentia, & beatitudo nobis inniteretur. Itaque omnia quæ creavit in cœlo & in terra, cum omni sua sapientia & bonitate, similiter quæcunq; identidem facit & operatur, hoc unum spectant, ut per illa nos vocet ac invitet in suam originem, in seipsum, ut ipsius vocem audiamus, & ipsum amemus, quemadmodum Sathanæ nuper auscultavim⁹, & à Deo nostro alienati fuimus. Vocavit autem nos Deus ut in Filium ipsius dilectum credamus, & vestigia illius mansuetudinis ac patientiæ sequamur. Quemadmodum enim cum Eliam vocasset, & coram illo transfret in igne & vento motes commovente, erat autem & veniebat *in sibilo auræ tenuis*: ita hodieq; illabitur cordibus tranquillis, mansuetis & humilibus. Sicut Asverus Esther præ majestatis suæ stupore animo linq̄u incipientem amplectebatur, ita Deus hominem spiritu humilitatis tantum non in nihilum recidentem, & omnibus creaturis suomet judicio deteriorem, brachijs divinæ suæ virtutis stringit, erigit & osculatur. Quanto enim quisq;

*Omnia  
Dei verba  
& omnia  
opera ad  
ipsum  
nos invitant.*

*Deo excelsus respicit humilia*

*Contemptus ex-*

terior  
exigit  
cognitio-  
nē nostrā  
vilita-  
tis.

\*  
Scopus  
omnium  
afflictio-  
num.

\*  
Omnia  
in virtu-  
te sunt.

quisq; minorem se facit, tanto ampli⁹  
à Deo exaltatur: quippe cujus altitudo  
& sublimitas respicit ad valles humili-  
tatis. Quocirca cum etiā propter hanc  
humilitatē à quoq; contemnimur,  
tū vero sicut humiliiores, sic sublimio-  
res nobis ipsis evadimus: & generatur  
in nobis Spiritus ille pacis quę exupe-  
rat omnem sensum. Atq; huc spectant  
& collimant omnes afflictiones, inju-  
riæ & contumeliæ, per quas Deus nos  
mirabiliter vocat & preparat, ut rever-  
tamur in ipsum, & ipse ad nos. Id quod  
fanè non verbis & cogitationibus, sed  
tribulationibus obtinetur. Neq; enim  
multa de humilitate loqui humilem  
facit, sed affligi, sed deprimi; quemad-  
modum nec patiens est, qui de patien-  
tia multa verba facit, sed necesse est ab  
omnibus creaturis impugnari, quia  
citra has vexationes, umbra tantum  
patientiæ, non ipsa habetur. Quæ cum  
ita sint, & pulcerrimæ hæ virtutes,  
Mansuetudo inquam & Patientia non  
nisi adversis acquirantur & exercean-  
tur, videri mihi subinde solent non o-  
dio sed beneficijs prosequendi, qui in-  
jurijs & contumelia nos affecerint. Nā  
mansuetudo penitissimum & intimum  
animi

animum fundum respicit, quod citra ad-  
 versa non spectatur: Patientia vero ad  
 hominem exteriorem pertinet, qui cū  
 Christo exire, & illius contumeliam  
 portare debet. Atq; hoc pacto confor-  
 matur homo sanctissimæ & innocen-  
 tissimæ vitæ Christi, ipseq; Christus in  
 illo vivit, & passio ac mors ipsius acer-  
 bissima in illo manet. Est autem & alia  
 interna Dei vocatio, quando nimirum  
 charitatem suam in homine accendit,  
 & consequenter se illi largitur. Nam  
*Deus charitas est*, æque impossibile est  
 Deum habere absque charitate, ac ho-  
 minem sine anima vivere. Quomodo  
 enim cōstabit Christum per fidem ha-  
 bitare in cordib⁹ nostris, nisi testimo-  
 nium charitatis habeatur? Porro hæc  
 divina charitas in nobis accendi non  
 potest, nisi amor mundi prius expella-  
 tur, & Deus sincerè atq; ex animo in  
 omnib⁹ spectetur. Quocirca rem lon-  
 ge utilissimam homo fecerit, si sæpissi-  
 me fundum suum scrutetur, & diligen-  
 tissimè exploret, quid sit illud quod  
 maximè in amoribus habet, Deus, an  
 ipsemet, vel creatura alia. Quod si ani-  
 mum tuum in aliquo acquiescere per-  
 spexeris, quod non sit ipse Deus, illud

\*  
 Interna  
 Dei vo-  
 catio per  
 sensum  
 divinæ  
 charita-  
 tis.

Quomo-  
 do cōstet  
 quid  
 summo-  
 pere di-  
 ligatur.  
 Amor  
 creatu-  
 rarum  
 non ad-

mitten-  
dus ad  
intimam  
sedem  
anima.

etiam atq; etiam tibi persuade, Deum  
in animam tuam non venturum, etsi  
tantum fleveris, quantū aquæ in mari  
continetur. O miseros mortales, quib⁹  
subdola natura tā blandè imponit per  
amorem creaturarum, clam & tectè  
penetralia animæ soli Deo sanctificata  
involantem! Etenim hoc fine nasci-  
mur, ut per mortificationem propriæ  
voluntatis, perq; abnegationem mun-  
di & creaturarum, in Deum redeamus,  
cum illo reconciliemur, & deniq; sicut  
corpus terræ matri suæ redditur, ita  
anima in abyssum divinitatis & origi-  
nem suam revertatur. Cujus reditus  
in Deum faciendum est initium in hoc  
mundo, quia cum quo hic gavisi aut  
cōtristati fuerimus, cum eodem judi-  
cabimur. Quapropter aureū hoc mo-  
nitum animis, mortales, infigite: *Qui-  
cunq; vestrum cor creaturarum imaginibus  
vacuum habebit, eum Deus cælo & omni-  
bus relictis non potest non assiduo inhabita-  
re & implere. Econtra, quicquid agatis,  
quicquid moliamini, quoad creaturæ in vo-  
bis sunt futuræ, Deo vobis carendum est.  
Quantum enim quisq; voluptatis & delecta-  
tionis capit ex creaturis, tantum odij sibi  
conflat apud Deum. Etsi autem difficile &*

Deus:  
implet  
animam  
amore  
creatu-  
rarum  
vacuam

\*

grave

*grave sit omnibus creaturis valedicere, manet tamen Et manebit non per delicias, sed per crucem ad Deum perveniri.*

## CAPUT IX.

VERAM FIDEM REPURGARE cor à creaturis, à pravis concupiscentijs & impatientia, è contra in cruce patientiam infundere.

ACTOR. 15. *Deus fide purificavit corda eorum.*

VERÆ fidei proprietas est, cor repurgare à mundo, ab omnibus concupiscentijs terrenis, vanis, fluxis & caducis, ab omnibus denique quibus natura solet incumbere & acquiescere, velut sunt opes, honores ac voluptates: nam fides spectat & collimat tantum æterna ac visibilia. His autem obstaculis amotis, sequitur Unio, quia simile non nisi cum simili unitur. Deus merus actus est, proindeq; ubi vacuum officinam invenit, in ea istiusmodi opera edit, qualibus cor afflictum ipsumq; sitiens ac desiderans opus habuerit. Hinc Christus in Evangelio his quos juverat dicebat: *Fides tua auxiliū te saluum fecit.* Non sane hoc innuens, fidei vires tantas fuisse, sed illam cor repur-

*Quomodo cor per fidē mundetur.*

*\* Fidei auxiliū te saluum fecit. quatenus adscribitur.*

repurgavisse, id Deo resignavisse, & ab omnibus creatis vacuefecisse, ut Deus in illo operari & officinam suam habere potuerit. Atque hujusmodi corda

\*  
*Quo sensu dicatur Christum non potuisse facere miracula in Nazareth.*

apta divinas virtutes & impressiones recipere cum Christus in Nazareth non inveniret, idcirco nullum miraculum in illa facere potuit. Deus enim & creatura in uno corde se non compatiuntur. Nemo mortalium impensius Dei auxilium sibi expetere potest, quam ille desiderat omnibus id præstare, si modo cor penitus ipsi adhereat, seque devoveat. Quemadmodum enim Deus

*Animus vacuus in Deum fertur.*

istiusmodi animum sponte ac libenter implet luce, consolatione, gratia & virtute, ita vicissim ipse facilius sursum in Deum fertur, quam vel ignis ardet, vel avis volat. Atque hanc officinam Deus

\*  
 \*

ingrediens opera in illa edit, quibus haud aliter delectatur, quam olim Christo Jesu Domino nostro, quia nimirum sine ullo impedimento quæ vellet operabatur. Nihil enim Deus probat, cui non ipse auctor & consummator sit.

*Deus semper desiderat in nobis operari.*

Quando vero Deus naturaliter gestit & desiderat in homine operari, ideo assidue nos expectat, paratior ad dandum, quam nos vel ad petendum, vel ad accipien-

cipien-



cipiendum. Quapropter caveam<sup>9</sup> hoc  
 tempus negligere, quo elapso accipie-  
 mus singuli prout vixim<sup>9</sup> & amavim<sup>9</sup>,  
 five bonum five malū, Deum five Cre-  
 aturam. Id quod adeo firmum ratum-  
 que est, ut si post hanc vitā omnes san-  
 cti Dei sanguineas lachrymas pro uni-  
 co homine funderent & apud Deum  
 intercederent, frustra tamen sint futu-  
 ri. Itaq; quod quisq; hic adamavit, &  
 qui cum in hac vita unitus fuit, id re-  
 tinebit in omnem æternitatem. Porro  
 sicut vera fides cor repurgat ab amore  
 mundano, sic & ab affectibus inordi-  
 natis, velut ira ac impatientia: è contra  
 inserit mansuetudinem & patientiam  
 erga proximum. Nam Deus nil nisi cō-  
 sentanea naturæ suæ in fidelium cor-  
 dibus potest operari. At quid est ille a-  
 liud nisi mera charitas, mera patien-  
 tia, meraque mansuetudo, ut patet in  
 Christo? Quia ergo Dei charitas ad o-  
 mnes homines pervenit, & omnium  
 miseretur, idcirco similem charitatem  
 in fidelibus operatur, quæ neminem  
 excludit in hoc mundo, femperque  
 cum omnibus hominib<sup>9</sup> æque ac cum  
 Deo unita manet. Adhęc letatur omni-  
 bus bonis quæ Deus homini præstat,

*In hac  
 vita est  
 tempus  
 conver-  
 sionis ad  
 Deum &  
 aversio-  
 nis à  
 terrenis.*

*Proprie-  
 tas vera  
 charita-  
 tis.*

gau-

*Ilno  
mem-  
brorum  
in corpo-  
re mysti-  
co Christi*

*Omne  
bonum  
in Deo  
est a-  
mandū.*

gaudetque illa donorum varietate qua ornantur membra Christi, quibus proinde etiam cultum & observantiam quā debet persolvit. Etenim qui consensus est membrorum corporis animalis, sic ut ignobiliora velut manus serviant nobilioribus, puta capiti, oculis & cordi: eundem obtinere oportet inter membra mystica corporis Christi. Quocirca si membrum aliquod nobis offeratur, quod nobilius sit quam nos, debemus etiam id amplius quam nos ipsos diligere, illique gratulari, quia plus donorum acceperit à nobilissimo nostro capite Christo Jesu. Quod quia omnibus commune est, ideo etiam bonum quod inde descendit tale censerit debet: quo sane frui quoque licet per charitatem, quæ facit ut quæ proximi sunt, eadem singulorum propria esse incipiant, & quæcunq; in Deo amantur, ea usu ac fructu nostra evadant. Nam quia ut modo dixi per charitatem nostra sunt, quæ sunt proximi, idcirco qualia & quantacunque bona Deus bono homini conferet, ea non minus mea quam illius sunt futura, si in Deo ipsa amavero. Imo si quisquis donis suis non insolescat, sed cum de se tumi

de

de illis humiliter sentiat, illaq; in Deo amet, dubitari non potest, quin verius sua quam illius sint. Atq; hoc illud est quod dicitur, ditescere in Deo spiritualiter, & participare omnia bona cœli, terræ, & omnium Dei amicorum, in unico capite Christo Jesu: ex quo quicquid in subjecta mēbra cœli, terræ, angelorum ac hominum dimanat, actu & essentialiter nobis influere oportet. Cæterum ex hac intima charitate exoritur etiam Patientia, per quam homo æquo animo accipit crucem sibi impositam, velut preparationem ad peculiaria dona Dei: quia certum est nullā crucē indotatam ad nos venire. Unde quidam ex patribus ait: *Ave crux amarissima plena gratia.* Et B. Petrus I. Epist. 2. *Si patienter sustinetis hæc est gratia apud Deū.* Taceo quod qui amore crucis Christi suam patiēter ferunt, hi denique singularem inde capiunt voluptatem & animi quietem consequuntur. Itaq; si quis interna vel externa cruce gravissime prematur, attamen sine querela, ut cunq; saucio & afflicto corde, propter sanctissima Christi vulnera omnia perferat, huic certum est vulnera & dolores suos in gaudium

\*

*Charitas**parit**Patientiam.**Cruce**prepara-**rat ad**sequen-**tem**gratiam**Unde**gaudiū**in affli-**ctione.*

con-

*Pax a-  
nimi  
Deo re-  
signati.*

converti. Quisquis enim in cruce Deo se resignat, ei vicissim Deus fit cōsolatio & pax. Quæ pax est divina suavitas quã homo interior percipit, & de qua nemo quicquam edisserere potest, aut assequi, nisi qui illã in se habet; juxta illud Pauli ad Phil. 4. *Pax Dei quæ exuperat omnẽ sensum custodiat corda vestra.*

### CAPIT X.

QUOMODO LUMEN NATURÆ in nobis occidere, & contra lumen gratiæ oriri debeat.

2. Cor. 4. *Deus qui dixit in tenebris lumen splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris.*

*Discri-  
men lu-  
minis  
naturæ  
& gra-  
tiæ.*

*Ut gra-  
tiæ lumẽ  
oriatur,  
naturale*

Qui luminis naturæ & gratiæ accuratam habere velit cognitionem, eum necesse est inter animæ facultates, puta rationalem & sensitivam, ac ipsam animæ essentiam probe distinguere. De qua distinctione dicemus plura capite 12. Nunc illud admonuisse sufficiat, lumen naturæ in partibus animæ consistere, puta in Ratione, Voluntate & Sensibus: quæ facultates quoad animam captivam tenent, puram ipsamq; illius essentiam gratiæ lumen nequit collustrare. Itaq; ubi hoc

hoc

hoc oriturum est, illic naturæ lumen, *interire debet.*  
 condi prius oportet, quia illuminatio  
 gratiæ sensum & rationem omnē ex-  
 superat: adeoq; à naturalibus sensibus  
 & carnali ratione impeditur. Unde &  
 illud patet, hominem naturalem in  
 divinis rebus nihil posse. Quomodo  
 autem lumen gratiæ in anima exoria-  
 tur, age considerem⁹. Deus habet ver-  
 bum gratiæ, quod prædicare jussit, per  
 quod operatur, quod denique vita ac  
 Spiritus est. Porro etsi Deus in omnib⁹  
 rebus est per suam potentiam, effica-  
 ciam, & vitam, attamen gratiæ officina *Anima  
est Dei  
officina.*  
 nam aliam nullam habet, ubi illius lu-  
 men possit accendere, præterquam in  
 anima hominis. Quocirca divina lux  
 & animarum illuminatio, non ex sen-  
 sibus, non ex ratione, non deniq; ex  
 alia quacunq; naturali facultate profi-  
 cisci & promanare potest, præterquam  
 ex operatione & efficacia gratiæ divi-  
 næ in anima hominis. Atq; hæc est illa  
 scaturigo omnis consolationis & tran-  
 quillitatis animæ, veritatis, sapientiæ  
 & vitæ, ex se ipsa perennis & summum  
 æternumq; animæ bonum. Cætera au-  
 tem omnia quæ sensus & ratio ab extra  
 apprehendunt, quasi semina mortua  
 damna-

Renova-  
tio divi-  
nae ima-  
ginis in  
homine.

damnata sterilitate intercidunt ac evanescent. Hoc inquam solum & unicū animæ bonum est, puta unio cum Deo & gratiæ illius operatio. Hanc nulla creatura, in qua imago divina non sit, participare potest: nam Deus tantum imaginem suam luce, gratia ac sapientia exornat. Ex hac luce recuperat anima vires suas spirituales, puta intellectum, sapientiam, & cognitionem rerum ante id ignotarum. Adhæc in Voluntate divinæ charitatis gustum percipit adeo suavem & jucundum, ut huiusmodi illuminatæ animæ tædiū adferat, quicquid divinum non est. Indidem proficiscuntur sanctæ inclinationes & inspirationes, quas facile est intelligere ab intra & ex animo promanare, nihil conferente ulla creatura: quam sane nō nego ab extra voluptatem, admirationem & gaudium posse concitare. Verum hoc nihil cum lumine gratiæ commune habet, quippe quod penitissimum intimumq; animi fundum ferit, ultra & citra omnē sensum ac rationem: sic ut quanto quisq; ab externis creaturis purior & inanior est, tanto sæpius & copiosius lucem & veritatem in se sentiat. Ex hoc lumine existit

existit

existit cognitio veri, à quo simulac ho-  
 mo se avertit, & externis imaginibus  
 implicatur, jam error præsto est. Nam  
 veritas non extra animum, sed in pe-  
 nitissimo illius fundo consistit. Ex hoc  
 lumine tantus quandoq; splendor ani-  
 mam perfundit, hoc est, tanta cog-  
 nitio exoritur, ut homo plus sciat quam  
 ipsū omnes homines docere possunt.  
 Hujus luminis radio si diligens ipsius  
 observator vel ad momentū feriatur,  
 tum vero protinus tanto gaudio per-  
 funditur, quantum totus mundus ad-  
 ferre non potest. Ex hoc fundamento  
 loquitur David Psal. 119. *Super inimicos  
 meos prudentem me fecisti mandato tuo:  
 quia in æternum mihi est. Super omnes do-  
 cētes me intellexi: quia testimonia tua me-  
 ditatio mea est. Super senes intellexi, quia  
 mandata tua quæsi. A mandatis tuis in-  
 tellexi, propterea odivi omnē viam iniqui-  
 tatis.* Hæc David, qui toto illo Psalmo  
 Deum orat, ut patiatur in se divinum  
 lumen fulgere, & verbum divinum lo-  
 qui, ut liceat ipsi hunc talem tantum-  
 que thesaurum in timore Dei & obser-  
 vatione mandatorum divinorum con-  
 servare ac retinere. Vnde idem ait, hoc  
 verbum & mandatum Dei esse illi super  
 millia

Cognitio  
 veri ori-  
 tur ex  
 lumine  
 divino.

Lumen  
divinū  
inducit  
contem-  
tū mun-  
di.

Tenebra  
peccato-  
rum ex-  
tinguūt  
lumen  
gratia.

Nulla  
quies est  
in exter-  
nis sensi-  
bus.

millia auri & argenti. Breviter, quæcun-  
que anima hoc summum bonum & il-  
lum cœlestem thesaurum in se sentit,  
ea non potest non protin<sup>9</sup> totū mun-  
dum cum omnib<sup>9</sup> suis pompis ut ster-  
cora fastidire, & cum Salomone dice-  
re: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.*  
Porro quia hoc lumen in impijs lucere  
non potest (*quæ enim communicatio lucis  
ad tenebras?* 2. Cor. 6.) idem autē sum-  
mum animæ bonum est, idcirco B. Da-  
vid adeo ardentè, devotè, & cum stu-  
penda spirituali eloquentia Deū orat,  
ut dignetur illū protegere à tenebris  
peccati, & conservare in timore Dei.  
Deniq; tanta est hujus luminis gratiæ  
copia & bonitas, ut sæpenumero etiā  
impiorum animos velut fulgur feriat,  
illosq; ab interitu sibi cavere moneat:  
qui haud dubiè fructus & effectus est  
istius illuminationis. Atque hoc sensu  
*lux in tenebris lucet, & tenebrae illam non  
comprehendunt.* Porro cur hoc lumen  
intimum animæ fundum attingat, in  
causa sunt animæ vires per externos  
sensus diffuse, ubi nulla quies est. Nam  
ubi auris omnia audire, oculus omnia  
videre, cor deniq; omnia examinare  
vult: ibi animam cum suis viribus di-  
strahi,

strahi,



strahi, dissipari perturbariq; est neces-  
 se. Econtra lumen gratiæ requirit trā-  
 quillum cordis Sabbathum, ut homi-  
 nis sensus, ratio, intellectus, voluntas  
 & memoria ab intra & ex intimo ani-  
 mæ fundo illuminetur. Hic vero illu-  
 minata anima aliter videt, audit & lo-  
 quitur, quam ante hac, proferens ver-  
 ba non amplius vulgaria & simplicia,  
 sed plena efficacia spiritus divini. Hic  
 eadem in spiritu gloriam Dei contem-  
 plans, ipsum suspirat & ait: O Deus o-  
 culis meis pulcerrime, ori suavissime,  
 auribus jucundissime, & cordi meo  
 dilectissime. Hic deniq; quæ homo fa-  
 cit, non jam amplius ipsius sed Dei o-  
 pera sunt, tanto nobiliora nostris, quā-  
 to Deus nobilior est omnib<sup>9</sup> creaturis.  
 Qui proinde etiam beatitudinem no-  
 stram non operibus humanis, sed divi-  
 na sua gratia definivit: sicut anima  
 nostra beator sit per opera Dei, & cum  
 Deum patitur ac in se operari permit-  
 tit, quā cum illamet sua sponte opera-  
 tur. Etenim hoc pacto nihil facit sine  
 Deo & extra Deum, quæcumq; etiam  
 agat & moliatur.

NB.

## CAPUT XI.

DEUM ESSE ANIMÆ LUMEN,

Et ab-

& ab intra elucere per virtutes Christianas erga proximum, præsertim in iudicando & censendo illo.

I. Joan. I. *Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ.*

*Dei  
summa  
voluptas  
est ho-  
minem  
illumi-  
nare.*

*Tenebræ  
hominis  
quæ sint.*

*Creatu-  
ris quo-  
modo u-  
tendum.*

**D**EUS est summa, purissima, subtilissima, clarissima & speciosissima lux: ferturque desiderio immenso animam illuminandi & secum uniuersi, nisi impediatur à tenebris, quas homines fere præ luce diligunt. Sunt autem animarum tenebræ philautia & amor mundi, quibus Deus & illius divinum opus in nobis impeditur. Quocirca animam, quæ divinam lucem expectat, oportet seipsam non obfuscare per creaturas, avaritiam, iram, philautiam, superbiam, & libidines (nam hæc omnia tenebræ sunt, in quibus Deus huius mundi dominatur) sed omnia relinquere quæ non sunt Deo, velut seipsam & ceteras creaturas uniuersas; id quod vocatur Luc. 14. *renunciare omnibus quæ quis possidet.* Quisquis autem ita se instituit, hic nihil præter solum Deum curat, illuminatur in veritate, non nisi coactus & in humilitate, non nisi amore mundana tractat, & fundum animæ suæ à creaturis ac mundo vacuû

*serua-*

servare studet: unde quia omnia existere, & ab intra ex Deo promanare oportet, Deus intrinsecus istiusmodi hominem illuminat. Quæ interna lux mox per opera externa exsplēdescit, ac quicquid post id homo agit, loquitur aut patitur, id jam non amplius naturæ sed *Bonum in nobis est Dei.* Dei est, cui se homo dedicavit. Etenim si opus non patientis, sed agentis est, sequitur Dei non tuum esse, quidquid per te Deus agit, instigando per sancta desideria, bonas intentiones, orationem aut gratiarum actionem. Quocirca deo absolutam in te operandi potestatem cōcede, & illius voluntati morē gere: ita n. omnia facis in illo perq; illū, & ille vicissim in te. Hæc quippe *Bona operum conditio est, ut Deum spectent, & in Deo fiant, nosq; adeo in illo vivamus, oremus, & universa faciamus.* Cujusmodi opus in Deo factum, utrunque parvum & leve sit, omnibus creaturarum operibus præstat. Similiter virtus non jam virtus est, nisi à Deo sive per Deū existat, aut Deū collimet in illumq; feratur. Itaque sicut homo tanto longius à Deo abest, quanto vehementius mundum & creaturas diligit: ita quo propior cuiq; Deus est, in inti-

Opera  
charita-  
tis.

Insolen-  
tis judi-  
cij dam-  
na.

mo anime fundo, hoc clarius & copio-  
sius illius charitas & misericordia per  
opera exsplēdescit; juxta illud Christi,  
*Ego sum lux mundi*. Itaque hoc agamus,  
adherescamusque per amorem capiti  
nostro, & illuminabimur in Christo.  
Nam ex operibus nostris ea duntaxat  
lux sunt, quę ex Deo procedunt, & lu-  
cent in tenebris proximi nostri, in pa-  
tientia, in mansuetudine, in humilita-  
te, in consolationibus & compassio-  
nibus, in emendatione, præcipue vero  
in æquitate judicandi & dānandi. Ete-  
nim qui insolenti & temeraria censura  
alios perstringunt, hi sibi ipsis plau-  
dunt, efferuntur superbia, & despican-  
tur proximum, habentes in se radicē  
pestimam multorū peccatorum, imo  
ipsius diaboli, qui ex semine superbię  
ortus est. Ut autem ab illis spirit⁹ san-  
ctus cū sua luce exulat, ita ubi ipse vi-  
cissim est, illic homo non judicat pro-  
ximum nisi necessitate cōpellente, cū  
magna lenitate, & loco ac tempore o-  
portunis, nec unam plagā sanare vo-  
lens, decem novas infligat, si sec⁹ rem  
instituerit. Quin & illud in arguendo  
proximo observari debet, ne ipsum si-  
ve in mundanis sive in spiritualib⁹ re-  
bus

CAP. II  
& copio  
rdia pe  
d Christi  
agamus  
m cap  
n Christi  
duntan  
unt, & lo  
stri, & p  
humili  
mpalli  
ipue ro  
andi. Ete  
a cenfor  
olis plau  
elpican  
se radie  
am, inc  
super  
irit?  
pi ipi  
icat p  
lente  
npon  
nari  
sec?  
rgue  
psum  
alib?

bus contemnamus & deipiciamus, sed  
omnia ex pura charitate, suavitatem  
morum ac mansuetudine animi faciē-  
tes, in humilitate & paupertate Spiri-  
tus maneam⁹, Dominum nostrum se-  
quamur, & velut agni adversarios no-  
stros tolerem⁹. E contra temerarij pro-  
ximorum iudices, sunt similes serpen-  
ti quem fovit antiquus serpens diabo-  
lus: atque hic occultè venenum suum  
ipsis infundit, quod postea ipsi rursus  
effundunt, cum contemptu & despe-  
ctu proximorū. Isti cum se ipsos igno-  
rent, alios tamen iudicare audent. Vos  
vero, mortales, hoc falsum fundum  
vestrum observate, & vos ipsos potius  
quam alios iudicate. Intelligite falsum  
naturæ lumen quod vos decipit, quod  
extrinsecus per superbiam, philauti-  
am, arrogantiam, & aliorū hominum  
temeraria iudicia elucet: intelligite,  
inquam, hoc lumen non Dei lucē esse,  
sed satanę tenebras: vera enim ac divi-  
na lux, semet humiliat, & modeste in  
omnibus de se sentit, non jactat se ex-  
trinsecus, sed inquirit fundum inter-  
num, puta Deum, ex quo nata est, in  
illudq; quam potest velocissimè redi-  
re satagit: ad hæc omnib⁹ infirmiorē,

Opera  
luminis  
nature.

d 2

tur-

*Te ipsum  
judica.*

*Aliena  
delicta  
quomo-  
do spe-  
ctare o-  
porteat.*

~~turpiorum~~, deterioremque se judicat,  
 quia non nescit, si quid boni in ipsa sit  
 id nō suū, sed Dei esse. Proinde ante o-  
 mnia vos ipsos considerate, nequaquā  
 a. proximū, & præcipuè illius peccata:  
 ne forte in amaritudine animi proxi-  
 mum vestrum judicetis: unde gravissi-  
 mæ & miserabiles in anima existunt  
 calamitates. Avertite ergo, avertite  
 vos, per Deum, ab illis, potiusque vos  
 ipsos intuemini ac dispicite an non in  
 eodem luto hæreatis, aut aliquando  
 hæseritis. Quod si est, fac cogites Deum  
 ex tuorū vitiorum in alijs observatio-  
 ne & conspectu, voluisse te pervenire  
 in agnitionem tui ipsius, agere pœni-  
 tentiam, & vitam tuam in melius com-  
 mutare: hinc vero ad proximū tuum  
 cōversus, preces pro ipso funde, ut De⁹  
 similiter ipsi cognitionem & emenda-  
 tionem largiatur, pro sua paterna be-  
 nevolentia. Atque hoc pacto bona  
 mens bonusque animus aliorum defe-  
 ctibus proficit, & à temeritate judi-  
 candi præservatur.

## CAPUT XII.

QUEM VIS CHRISTIANUM SAL-  
 tem semel quotidie debere ab omni-  
 bus

bus externis se avertere, & in adyta  
cordis secedere: idq; magno cum fru-  
ctu illum facturum.

*Pfalm. 116. Convertere anima mea in  
requiem tuam, quia Dominus be-  
nefecit tibi.*

**A**NIMA hominis quæ in externas  
res semet diffundit, & creaturis  
adherescit pervicacius, similis est  
ovi palanti: quæ ut summus Deus col-  
ligat, à creaturis liberet, in seipsam re-  
dire faciat, & deniq; nobilissimi divi-  
niq; operis sui officinam habeat, nul-  
lum nõ movet lapidem. Atq; huc per-  
tinet, quod Propheta David prolixum  
illum Pfalm. 119. his verbis concludit:  
*Erravi sicut ovis, quære servum tuum. Que*  
clausula utcunq; forte homini carnali  
stulta & ridicula videatur, certè theo-  
sopho totum opus & arcanum illumi-  
nationis divinæq; sapientiæ ostendit.  
Nimirum cum humana anima inter  
tempus & eternitatem sit collocata,  
statim atq; illa ad tempus se convertit,  
eternitatis obliviscitur, & à divinis re-  
bus quæ longissimè recedit. Sin æter-  
nitati cõjungitur, tum vero creatura-  
rum obliviscitur, recuperat suã liber-  
tatem,

*Anima  
cum Uno  
uniri  
debet.*

*Quomo-  
do ani-  
ma fiat  
Deo pro-  
xima.*

tatem, & Deo fit proxima: qui ut nihil chari<sup>9</sup> habet quam in anima hominis opus suum exercere, ita illam protinus ad se pertrahit, atq; tunc demum ipsa particeps fit veræ suæ quietis, veri cibi, veræ vitæ, ac fructuum unctio- nis, unde Christiani nominamur. Quæ cū ita sint, quis dubitet veri Christiani esse quotidie saltem semel hunc cœlestē animarum cibum, qui est ipse Deus, assumere? animæ veram suam requiem, veramq; vitam largiri? Equidem non dubito, quicumq; verba hæc mea intelligentia assequetur, eum divina quam humana ardentius deinceps expetiturum. Quod si etiam Rex sit, Davidis instar, nihil hoc ipsi oberit aut obstabit, in cœlestium rerum exercitijs. Nam creaturæ nemini nocent, nisi cujus animā captivam tenent, vel ut Psalmista loquitur, *qui cor suum illis apponit*; Psal. 62. hoc quippe soli Deo sacrum, dicatum, devotumque esse oportebat. Ex hoc fundamento loquitur David Psal. 73. *Domine, quid mihi est in cælo, & a te, quid volui super terram?* Tanta quippe est suavitas & dulcedo amoris divini, ut anima quæ semel illam gustaverit, protin<sup>9</sup> omnes cruciatus nihili faciat, &

Creatu-  
re non  
nocent  
nisi cum  
cor occu-  
parunt.



& in amore an odio hominū vivat pa-  
rum curet. Etenim qui adhuc sacra ad-  
missi sunt, isti pacem assiduam colunt  
cum Deo & creaturis, cum amicis & i-  
nemicis. Iisdem jugum Christi suave  
est, quia nimirum ipsi in Christo sunt,  
& Christ⁹ in ipsis est, quia ipsi in Chri-  
sto jugum illius portant, & Christus  
in ipsis. Hic inquam onus suum leve  
ipsis facit, dum illud in ipsis fert, & ipsi  
vicissim in illo ferunt. Atq; hinc ait B.  
Paulus ad Phil. 4. *Omnia possum in eo qui  
me confortat.* Hactenus liquere arbitror  
quam necessarium, quam utile, quam  
salutare sit homini Christiano, quoti-  
die saltē semel introvertere in cor suū,  
in Deum, in Christum, propter quietē  
& tranquillitatem animæ, propter le-  
gitimum & verum usum bonorū tem-  
poralium (quæ Deus nobis nequaquā  
prohibet, dummodo in humilitate &  
timore Dei ambulemus, & quotidie in  
Deum nos recipiamus) propter mise-  
riam nostram, quam Deus in ejusmodi  
anima non patitur esse diuturnam, &  
deniq; propter quotidianam crucem,  
quam Christus levem ac jucundam fa-  
cit. Ne quid dicam de admonitione  
Spiritus Dei in nobis, qui optat & su-  
spirat

Deus  
terrena  
nobis cō-  
cedit ea  
condi-  
tione, ne  
illis cor  
nostrum  
appondamus.

spirat Deū unicè posse amare, ac quoties id non possumus dare effectum, serio contristatur. Etenim hæc est illa vera internaq; Spiritus sancti vocatio, hæc sponsi pulsatio ad cordis ostium, unde convincimur, cor nostrum illius thalamum & cubile esse debere.

### CAPUT XIII.

AMOREM DEI INGRESSE, CUM amor creaturarum exit. De illustribus operibus & effectibus amoris divini in nobis.

1. Joh. 2. *Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo.*

Ut amor  
Dei in-  
tret mū-  
danus  
exire  
debet.

Quicumq; Dei capax illiusq; templū ac habitatio fieri desiderat, eum oportet amorem mundi exuere & ecōtra in amore divino se exercere: quia isti duo se non compatiuntur. Quemadmodum ergo magnes ferrum spirituali contactu ad se trahit, ita Deus divino suo amore hominem prius contingere debet, quē per intimam unionem secum vult coalescere. Porro amor divinus ad instar Solis, imo ipso Sole universalior est, erga omnes homines æqualiter affectus, ac proinde extra culpam: quę tota in homi-

Charitas  
Dei est  
universalis.

minibus hæret, luci & gratiæ divinæ  
 aditum præcludentibus. Etenim ubi  
 De<sup>9</sup> cum tenerrimo suo amore ad ho-  
 mines venit plærumq; illorum corda  
 plena amore mundi & impuris spiriti-  
 bus invenit, puta avaritia, superbia, li-  
 bidine, invidia, & pravis cogitationi-  
 bus: unde cogitur cum amore & gra-  
 tia sua re infecta redire, quia nimirū  
 anima hominis magnete hujus mun-  
 di vel potius inferni (ad quem etiam  
 ipsā pertrahit) est cōtacta. Unde patet  
 quia Deus paratus est instar Solis om-  
 nibus hominibus, qui cor mundum  
 habeant ab amore creaturarū, gratiæ  
 suæ lucem infundere, culpam non  
 ipsius, sed hominum esse. Quæ scien-  
 tes custodiamus nos ab omni amore  
 mundi, & convertamur ab illo ad Deū  
 vivum, simus in orationibus assidui, a-  
 morem divinum per quem unimur cū  
 Deo, in Christo quæramus, pulsemus  
 ad ostium sanctorum vulnerum illius,  
 & salutem beatitudinēq; nostram in  
 ipso quæramus. Nec mora, nobis a-  
 periet, & intromittet nos in amorem  
 cum Deo viventem, unde Deo propio-  
 res fiemus, & relicto mundo cōtinget  
 nos De<sup>9</sup> suo amore, illoq; magis ac ma-

*Quomo-  
do Dei  
operatio  
impe-  
diatur.*

Deus  
majorē  
volu-  
ptatem  
præstat  
quā cre-  
atura.

Creatu-  
ris cum  
humili-  
tate &  
timore  
est uten-  
dum.

Suspiria  
ad Chri-  
stum.

gis nos exhilarabit. Quis enim dubi-  
tet Deum suavissimum plus omnibus  
vilissimis creaturis cor humanū posse  
oblectare? Quicumq; Deum amat hic  
ab omnibus sanctis & angelis Dei im-  
menso & ineffabili amore vicissim re-  
muneratur: qui quia Deum amant ar-  
dentissime, illiusq; honorē sua beati-  
tudine ducunt potiore, idcirco ine-  
narrabile gaudium ex nostro timore  
divino & sanctis operibus percipiunt.  
Porro amoris divini indicium est crea-  
turis cū timore & humilitate uti: Deo  
theophilum noctu & interdiu, sive co-  
medat sive bibat, timore suo ita cōtin-  
gente, ut omnia meticolosè filiorum  
bonorū more in manus sumat. Ex hoc  
timore Dei sequuntur gemitus & su-  
spira ad Christū ut hominem de me-  
dio tollat, quia in corrupta deprava-  
taque sua natura tantum peccatorum  
ac sordium invenit, quibus divina lux  
& gratia excluditur & auditu prohibe-  
tur. Unde cum B. Paulo Rom. 7. excla-  
mat: *Infelix ego homo, quis me liberabit de  
corpore mortis huius?* Et sane his gemiti-  
bus & suspirijs gratia divina ambienda  
comparandaq; est, ut confortemur, in  
hac miseria non deficiamus, & tantæ  
sarci-

farcinæ ferendæ sufficiamus: exemplo omnium sanctorum, qui passim originalem hanc vanitatem & annatum sibi carnalem amorem deplorant. Fieri enim non potest ut homo divinam gratiam participet, cujus cor amore creaturarum plenum est. Itaque, qui Deum querit non solum, sed una aliud quippiam, eum certum est Deum non inventurum. Econtra qui illum querit solum & in veritate, hic præter ipsum Deum omnia quæ Dei sunt, & quæcunque ille dare aut largiri potest, consequitur: & qui nihil aliud querit, spectat, & anhelat excepto lusu quædam Deo, huic ille se manifestat, ipsique dat quodcunque in divino corde absconditum gerit, ut non minus hominis proprium sit quam Dei.

## CAPUT XIV.

CHRISTIANAM ANIMAM QUÆ Dei habitaculum sit futura, cū magna patientia præparandam & charitate Dei instruendam esse. Quid sit charitas Dei, & quid operetur in nobis.

Isaiæ 53. *Christus sicut ovis ad occisionem ductus est.*

Quicumque cor suum rectè præparare vult, ut cum Christo uniat, eum oportet Christi sensum

Mansuetudo & Patientia Christi

*sti & il-  
lius a-  
matorū  
sunt.*

*Patien-  
tia est  
crucis  
victoria.*

ac animum habere, & agnum fieri ve-  
lut ipse fuit, hoc est patientem & man-  
suetum, aliter enim fieri non potest,  
nec est alia ratio Christum sequendi.  
Verba sunt ipsius Matt. 10. *Ecce ego mit-  
to vos sicut oves in medio luporum.* Quod  
cum ita decretum sit, quoq;vo nos ver-  
tamus, in medio luporum vivendum  
est, qui nullum finem faciēt nos invo-  
landi, atq; ex insidijs invadendi & la-  
cerandi. Contra quam violentiam alia  
victoria non datur, quam patientia, a-  
nimi trāquillitas, mansuetudo, exem-  
plo Agni Dei Christi Jesu. Quemadmo-  
dum autē Deo complacuit Christi mā-  
suetudo, ita eidem gratissima est tua  
mansuetudo, gaudetq; patientiam tuā  
spectare ac exercere. Quocirca nostrū  
est illius voluntati morē gerere & pla-  
cide acquiescere, quocunq; modo illi  
videbitur nos exercere, sive per se ip-  
sum, sive per homines, per quemcūq;  
& quocunq; tempore, per hostes, per  
omnes cœli ac terræ creaturas, per cō-  
vicia & contumelias, per deniq; quic-  
quid accidere adversi nobis potest.  
Quod si hæc omnia nullo discrimine  
placidè excipim⁹, tum vero præsto est  
pastor fidus, quærens ovem perditam,  
&

14.  
umeri  
nam f  
ferens  
m duci  
et co  
dictā  
nobis  
adspi  
si, & f  
manere,  
ndinē r  
ratem  
on po  
a, et  
tas. In  
ratem  
ulari v  
entis: e  
tis est,  
um illi  
ud igni  
em char  
uo se r  
mitter  
na exc  
nam fi  
moris  
ballum  
quovic

& humeris suis hujusmodi tranquillā animam super omnes creaturas ad Deum ferens: nam Christus nō nisi ad Patrem ducit. Sin cæca & carnalis ratio vetet contumeliam perpeti & nos ad vindictā extimulet, tum vero in mentē nobis veniat mansuetudo Christiana, adspiciamus typum Christi crucifixi, & studeamus illius exemplo agnimanere, hoc est patientiam & mansuetudinē retinere, ante omnia vero charitatem Dei, quæ cum ira commorari non potest. Hic tu mihi, ô fidelis anima, etiam atq; etiā disce, quid sit *charitas Dei.* In primis autē fuge credere, charitatem esse, cum interiora tua singulari voluptate & suavitate perfundis: etenim hæc non essentia charitatis est, sed splendor, radius & flos tantum illius, haud aliter quam in igni aliud ignis est, ac ipsius fulgor. Vera autem charitatis divinæ essentia hæc est, Deo se resignare, voluntati ipsius se committere, omnia velut divinitus immissa excipere; exemplo Jobi, qui jacturam filiorum bonorum, sanitatis & honoris, velut ex Dei manu acceptabat, illumque laudabat; item Davidis, qui cōvicia Simei Deo imputabat, oblitus

*Quid sit  
charitas  
Dei.*

litus vindictę & in charitate ac patientia persistens imobilis. Etenim hoc pacto essentia, flamma, fundamentum, & scaturigo charitatis pura & immobilia manent, ipsaq; Deo acquiescit, quicquid de se constituat. Quod si illam Deus una cū Christo ad infernum deducere voluerit, probabit factum, & voluntatem divinam, quæ neminem perdit aut perire sinit, exosculabitur. In hac charitate vera cordis pax consistit, quando nimirum in Deo omnia diliguntur, non cruce, non hoste, non quocunq; alio excepto. Quippe vera charitas neminē in hoc sæculo excludit, semperq; in Deo unita manet cum hominibus universis. Unde quanta tranquillitas & quies animis hominū, per charitatem in solo DEO acquiescētium, accedit, fide majus est.

*Vera  
cordis  
pax con-  
sistit in  
patien-  
tia.*

### CAPIT XV.

CHRISTUM ÆTERNUM VERBUM  
Patris in fidelium cordibus opus suum  
perficere, per internas suggestiones &  
inspiraciones. Quomodo hoc per cha-  
ritatem fiat. Quomodo idem in hu-  
militate se manifestet ac  
patefaciat.

2. Cor.



2. Corinth. 13. *Vosmet ipsos tentate si  
Christus in vobis est.*

**Q**uemadmodum homo fidelis di-  
 aboli suggestiones & inspiratio-  
 nes nolens volens audit: ita è con-  
 tra in se sentit divinam cõsolationem,  
 quæ divinũ verbũ in nobis eloquitur.  
 Unde Taulerus ait: Sciendum est, ver-  
 bum æternum homini adeo propin-  
 quum esse intus ac in fundo nostro, ut  
 non ipse homo, suaq; natura & cogita-  
 tio, nõ deniq; quodcunq; dici aut ex-  
 cogitari potest, intimior, familiar, &  
 penitior illi sit. Atq; hoc æternum ver-  
 bum loquitur indefinẽter in homine,  
 qui tamen propter diabolicam cordis  
 cecitatem, ipsum non audit. Nam dia-  
 bolus hominem surdum facit per suas  
 inspirationes, amorem mundi, & mũ-  
 danorum: tentans illum hodieq; haud  
 aliter quam olim Evam, per ea omnia  
 quæ novit naturæ nostræ allubescere,  
 velut per facultates, honores, amicitia-  
 as, naturam propriã, amorem & favo-  
 rem creaturarum, & infinita alia, per  
 quæ imaginationem nostram commo-  
 vet & occupat. Etenim cũ assiduo cir-  
 ca hominem versetur, diligentissimè  
 ani-

*Dei in-  
terna  
consola-  
tio.*

*Deus  
nobis  
propior  
est quã  
nos ipsi.*

*Diaboli  
sugge-  
stiones.*

animadvertit, quib<sup>9</sup> ille afficiatur aut  
 quæ fugiat: atque hæc ille postea per  
 phantasiã & imaginationẽ homini  
 exhibens illud consequitur, ut anima  
 incauta audire non possit quæ De<sup>9</sup> per  
 sanctum Spiritum ac verbum suũ in  
 ipsa loquitur. Atq; istis diabolicis sug-  
 gestionibus omni studio refragari o-  
 portet: quia in quantum quisq; inter-  
 nas suas aures ipsis accomodat, in tan-  
 tum vincitur, sin protinus ad cor suũ  
 introversus aures amoveat, jam victor  
 est. Quemadmodũ autem amici ani-  
 mis conspirantes etiam colloquia cre-  
 berrimè inter se miscent: ita si Deum  
 dilexerimus, vocem illius identidem  
 in nobis audiemus. *Si quis diligit me, in-*  
*quit Christus Joan. 14. sermonem meum*  
*servabit: non illum tantum qui in cætu*  
*fidelium resonat, sed qui in cordiũ no-*  
*strorum templis auditur. Quod nisi fi-*  
*at, externus ille auditus parum comò-*  
*dabit aut proderit. Ut autem Deum cũ*  
*anima nostra int<sup>9</sup> & in corde loquentẽ*  
*audiamus, dilectione Dei nobis opus*  
*est. Cujus certissimũ indiciũ est, vt ait*  
*B. Gregorius, si quis citra ullam impa-*  
*tientiam in verbis, operibus aut gesti-*  
*bus omnia adversa excipiat: sin certũ*  
*est*

*Deus  
 nobiscũ  
 loquitur  
 interius  
 & exte-  
 rius.*

*Patiẽtia  
 est signũ  
 charita-  
 tis.*

est hominem pure Deum non amare,  
 imo sua ipsi præferre (quanquam nec  
 suum quicquam homo dicere potest,  
 excepto peccato; cetera enim Dei sũt) *Dona nõ  
 debent  
 nobis esse  
 chariora  
 quam  
 Deus.*  
 dona Dei chariora habere ipso Deo.  
 Quem si contra pure & super omnia  
 dilexerimus, næ vero tunc multa sua-  
 vissima colloquia nobiscum instituet,  
 juxta illud: *Qui diligit me, ei manifestabo  
 meipsum;* Joh. 14. Atq; hæc manifestatio  
 fit per apertionem intellectus, illumi-  
 nationem cordis, per spiritum cogni-  
 tionis, sapiëntiæ, fortitudinis, intellect<sup>9</sup>  
 & timoris: præcipue vero per repurga-  
 tionẽ & apertionem oculorum inter-  
 norum ad Christum videndum & ag-  
 noscendum. Quemadmodum autem  
 diabolus interioris hominis aures, ut  
 modo dicebã, obstruere consuevit per  
 suas inspirationes: ita ejusdem oculos  
 fascinat per philautiã, amorẽ mundi &  
 creaturarũ, perq; internã externamq;  
 superbiam. Nimirũ sicut per intimam  
 sinceramque charitatem Christum in  
 nobis loquentem audire, ita eundem  
 per fidem & profundam humilitatem  
 videre oportet: per quam scilicet cor à  
 superbia repurgatur. Neq; enim teme-  
 re est quod legitur Matt. 5. *Beati mundo  
 corde;*

corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Unde intelligimus quantum bonum sint ad-  
 versa, quæ idcirco Deus nobis immit-  
 tit, ut humilitatem addiscamus, quæ  
 omnibus delicijs hujus mundi optabi-  
 lior est. Quod si nunc cœlum & terra  
 cum omnibus diabolis & toto inferno  
 in nos ruant, feramus magno animo,  
 certi nostro bono id evenire, ut humi-  
 litatem addiscamus, per quã Christum  
 videre licebit. Qui cum esset Deus al-  
 tissimus & potentissimus, qui cœlum  
 terramq; sicut cōdidit, ita in nihilum  
 potest redigere, non dubitavit tamen  
 pro miseris nobis homuncionibus in-  
 finita & asperrima perpeti, ac tantum  
 non in nihilum redigi. Quo equius est  
 pudore nos suffundi, in quorum cor-  
 da superbia, arrogantia, & temeritas  
 judicandi aliquando potuit penetra-  
 re. Quin ergo saltem deinceps cruci  
 cuicunq; interne vel externe nos sub-  
 ijcimus, Spiritum tumidum ac inso-  
 lentem spinæ Christi coronæ submit-  
 timus, in humili nostri ipsorum con-  
 temtu ambulamus, illudq; unice stu-  
 demus, ut per patientiam & humilita-  
 tem in Christi passionem transfigura-  
 ti, vere recteq; ipsum videre & cogno-  
 scere

*Cruce  
 parit  
 humili-  
 tatem.*

*Christi  
 passio.*

*Sub Chri-  
 sti cruce  
 inclina-  
 re nos  
 debemus*

scere condiscamus? Neq; enim satis est  
 in cæca & tepida charitate de Christi *Christi*  
 passione cogitare, sed vivo exercitio *passio in*  
 ac praxi insuper illam excolere & me- *praxim*  
 ditari, intra cogitationes tantum non *conver-*  
 subsistere, suæ superbix, ambitioni, & *tenda.*  
 avaritię alijsque comodatibus abre-  
 nūciare oportet: quia citra ista impos-  
 sibile est Christum videre, aut illius ef-  
 ficaciam & operationes in se experiri.  
 Sicut enim Sol & cœlum in terræ pro- *Humili-*  
 fundissimis locis vim suā exferunt: sic *tatis*  
 Christus nō modo in statu suæ exina- *proprie-*  
 tionis maxima opera & miracula e- *tas.*  
 didit, sed etiamnum in humilib<sup>9</sup> ope-  
 ratur. Porro humilitatis proprium est,  
 nihil de seipso deq; omnibus quę fecit  
 aut facturus sit, sentire; ac si quid boni  
 adest, id non sibi, sed Deo ferre acce-  
 ptum. Atq; hanc humilitatem te am-  
 plecti oportet, si beatos illos oculos  
 habere desideras, qui Christum videre  
 merentur: quia *parvulis & humilibus pa-*  
*ter cœlestis mysteria de Christo, & scientiã*  
*absconditam revelat, abscondit autem à sa-*  
*piētib<sup>9</sup> hujus mundi.* Quippe in hac so- *Divina*  
 la humilitate consistit cognitio & in- *altitudo*  
 telligentia divinæ veritatis, in qua æ- *manife-*  
 ternæ beatitudinis essentia latet. In *stat no-*  
 hac *strã vi-*  
*litatem.*

*Damna  
philau-  
tia.*

*Sine de-  
votione  
lumen  
divinū  
non ha-  
beri.*

*Anima  
Deo ple-  
na habet  
corpus  
plenum  
passione.*

hac manifestat se altitudo divinæ ma-  
jestatis, quæ quanto conspectior fit,  
tanto amplius humilitas crescit: estq;  
adeo certissimum divinæ illuminatio-  
nis indicium, si quis indies magis ac  
magis se humiliet, & minus minusque  
se amet & admiretur. Nam ex philau-  
tia & arrogantia omnes tenebræ, er-  
rores, & cæcitas extiterunt. Contra  
qui divino lumine verè sunt collustra-  
ti, isti assiduo contemni, pati, & Chri-  
stum suum imitari desiderant: cujus-  
modi devotionis sitim exhibet Ps. 119.  
Neque enim B. David ignorabat, sine  
hac non divinum lumen seu sapienti-  
am, non ullum divinum responsum,  
& alloquiū in anima posse sentiri. Atq;  
hic verissimus sensus est longi illius  
Psalmi. Nam, ut hoc iterum dicam,  
humilitas animi humani vera Dei of-  
ficina est, in qua Deus per gratiam suā  
omnia operatur: qua quisquis prædi-  
tus est, hic animā plenam Deo, & cor-  
pus plenum flagellis semper habet, ex-  
istimans se omnib: indignum, omnia-  
que cum timore nec ad delicias usur-  
pans, instar servi ad mensam observā-  
tis vultum ac nutum heri sui, quē pro-  
inde ipse vicissim alloquio & favore  
suo semper dignatur. CAP.

## CAPUT XVI.

QUOMODO SPIRITUS SANCTUS  
concipiatur, & inoffensus in anima  
nostra operari possit.

Isaiæ 44. *Effundam aquas super si-  
cientem, & fluenta super aridam.*

**S**I post trium annorum siccitatem  
& sterilitatem, qualis temporibus  
Eliæ fuit, pluvia cœlo demissa ter-  
ram unius agellis exceptis, copiose ir-  
rigaret: næ ille se Deum iratum habe-  
re, & miseriam suam sanguineis lachry-  
mis deplorandam merito cœseret. Quan-  
to autem æquius est eum hominem in-  
felicem dicere & deplorare, qui instar  
agri præ ariditate hiantis, fidei ac cha-  
ritatis expers, superabundantem cõ-  
solationem Spiritus sancti in corde suo  
non percipit? Idq; eo magis, quod non  
Dei, qui effundere paratus est Spiritum  
suum super universam carnem, sed ho-  
minis culpa id accidit, qui in cordis  
sui fundo repurgando laborem nullum  
sumsit. Optima autem cordium nostro-  
rum preparatio ad concipiendum Spi-  
ritum sanctum, consistit in aversione  
cordis à mundo ad Deum per fidem &  
orationem, exemplo Apostolorum in  
Pen-

*Experi-  
mentalis  
notitia  
Spiritus  
sancti.*

*Cordis  
prepa-  
ratio ad  
Deum.*

*Amor  
mundi  
impedit  
Dei ope-  
rationē.*

*Cor soli  
Deo de-  
bet ad-  
herere.*

Pentecoste. Atq; hujusmodi cor à cre-  
aturis vacuum si Deus deprehendat,  
tum vero in illud Spiritum S. cum o-  
mnibus suis donis effundit. Econtra  
quod mundo plenum est, id Deum &  
Spiritum sanctum concipere non pot-  
est: quia Deus & Creatura se non com-  
patiuntur. Quemadmodum enim na-  
tura vacuum non admittit, sed quidli-  
bet potius patitur: adeo ut si quid va-  
cuum in terra daretur, id cœlum vel ad  
se rapturum, vel adhæc citima se de-  
mittens seipso sit impleturum: simili-  
ter se habet in re Christiana. Quare  
hoc agamus & cor nostrum nullis cre-  
aturis sive interius sive exterius, non  
amori proprio, non nostræ voluntati,  
sed soli Deo adherescat: illud certò cō-  
stituētes nihil majus, nihil melius, ni-  
hilq; salutaris facere nos potuisse.  
Quemadmodum enim egregium op<sup>9</sup>  
à maximo artifice cæptum, puer curi-  
osus & procax si superveniat, illud pe-  
nit<sup>9</sup> corrumpit ac destruit: ita qui phi-  
lantia sunt fascinati, præclarissima  
Spiritus S. opera in ipsis pulchrè cæpta  
corrumpunt, dum quæ Dei sunt sibi  
tribuunt, illis cor apponunt, & precio-  
sæ purpuræ suam lacernam attexunt.

\*

151



Isti utcunq; falsa opinione decepti existiment, quæ faciunt mera Dei opera esse, manet tamen esse nos servos inutiles, & quod est confectarium, inutilium operum auctores. Quanto autem Deus creaturis nobilior est, tãto ejusdem opera factis & traditionibus humanis antecellunt. Vnde efficitur in quo Deus excellẽter sit operaturus, eũ affectibus suis imperare, Deum pati, illiq; otium & spatium debere concedere: in quo idem sit locuturus, in eo ult Deus loqua- omnia tacere, conquiescere & tran- tur, om- quilla fieri oportere. Quapropter ne nia in existimemus omnia Dei opera esse que nobis fa- facimus: per enim multa sunt, que nõ cere de- nisi caro & sanguis in nobis operãtur. bent. Quam distinctionem observari est imprimis necessarium, ne quandoq; diaboli opera Deo adscribamus. Quod si volumus Spiritum S. in nobis operari, tum vero duæ istæ regulæ observandæ sunt. Primum necesse est cor à mundo, creaturis, seipso, omnique propria voluntate & affectibus avertere: quia hac ratione Spiritus Sancti opera non turbantur. Secundo oportet omnes cruces & afflictiones sive externas sive internas, velut imẽdiate à Deo im-

*Prava  
cogita-  
tiones nō  
nocent.*

immissas acceptare, & ceu præparatoria ad Deum & illius dona recipiendum amplecti. Quod si tibi nunc in pio opere versanti amicus superveniens malediceret, tu vero in patientia & silentio audires ipsius convicia, scire licet esse hoc Dei op<sup>9</sup> in te, quo præparare te velit ad dona illustria. Quod autē perverfas cogitationes attinet si ille tibi à diabolo ingerantur, eas tibi nocere non posse constitue, quia præter & cōtra tuam voluntatē se insinuant. Deniq; externis vocationis suę officijs in charitate & ad honorem Dei defungi, id vero est in Deo & Spiritu sancto omnia facere.

### CAPUT XVII.

UNDE CONSTET SPIRITUM S.  
esse in anima nostra.

*Opus  
Spiritus  
sancti in  
anima.*

Joan. 16. *Paracletus arguet mundū.*

**C**um Spiritus sanctus in animam nostram venit, id est, præsentiam suam per opera manifestat, tum vero protinus in nobis arguat omnia quæ non divina, sed mundana sunt, velut concupiscentiam oculorum, concupiscentiam carnis & superbiam vitæ, tedium quoddam horum nobis ingene-

generans. Quocirca quisquis mundanam vitam agit, sine interna Spiritus sancti correptione, in illius animam Spiritum S. nondum venisse certa res est: quippe cuius proprietates est, omnes qui ipsum expectant & observant, monere, impellere, allicere ad vitam compositam & Christianam id quod in Johanne dicitur *arguere de peccato*. Est autem peccatum omne id quod voluntati divinae adversatur, sive inobedientia contra Deum, quam occultam corruptelam protinus atque in animam venit Spiritus S. arguit, unde mox existit cordolium, tristitia, meror & angustia animæ quandoque infernalis: de qua vulgus hominum mundanorum secundum naturæ instinctum ac impetum viventium nihil novit, utrumque sit verissimum signum præsentia Spiritus sancti. Qui vero hujus divinæ & sacrae tristitiæ expertes sunt, & quibus quæcunq; faciunt incredibilem voluptatem, nedum tristitiam adferunt, isti in periculoso statu versantur & expertes sunt Spiritus Dei. Atque hoc secundum signum est præsentia Spiritus divini. Tertium, cum omnium nostrorum meritorum & propriae justitiæ gloria

Peccatū

est in

obedien-

tia con-

tra Deū.

Melan-

cholia &amp;

angustia

spiritua-

lis.

Iustitia

nostra in

Christo.

LIBER III.

c

ria

82 Unde cōstet Sp. S. esse in anima. CAP. 17.  
ria corā iudicio divino concidit, quasi  
fœnum aut flos agri, in quo sufflavit Spiri-  
tus Domini; ut loquitur Isa. c. 40. Nam  
Spiritus Christi monstrat nobis solum  
firmum, immaculatum, & immobile  
fundamentum justitię & meriti Chri-  
sti, ac misericordię divinæ. Væ enim o-  
mni nostræ justitiæ, si iudicanda & ex-  
aminanda illa sit sine misericordia  
Dei; ut ait B. Augustinus: quam proin-  
de Isaias comparat paño mulieris mē-  
struata. Quartum indicium est, si ho-  
mo proximi sui defectus placide tole-  
ret, nec temerè damnet ac iudicet. Nā  
illa iudicandi temeritas & insolens li-  
bido, est semen & radix diaboli, hoc e.  
superbia, contemptus proximi, & sui-  
ipsius admiratio: quæ omnia satis ar-  
guunt Spiritus S. absentiam. At ubi il-  
le est, ibi homo inter cætera. I. Non ni-  
si necessitate cogente proximū objur-  
gat. II. Loco ac tēpore oportunis, ad-  
instar Christi. III. Verbis non nimis a-  
speris sed misericordia & condolentia  
permixtis. IV. Non contemnit proxi-  
mum aut apud alium traducit, sed o-  
mnia facit in charitate & mansuetudi-  
ne. Quæ qui observat, is manet in hu-  
militate, in gratiā Spirit⁹ sancti, & ipsa  
vicissim in illo. CAP.

*Proximi  
defectus  
quomo-  
do casti-  
gandi  
sint.*

## CAPUT XVIII.

MUNDUM CUM SUIS DELICIIIS  
 pellere Spiritum sanctum, & introdu-  
 cere Spiritum mundi, à quo anima no-  
 bilissima summaque sua quiete  
 spoliatur.

1. Petr. 2. *Abstinetes vos à carnalibus  
 desideriis, quæ militant adversus  
 animam.*

**F**ilij hujus mundi voluptates & gau- *Gaudia*  
 dia mundi consecretantur, quæ con- *hujus*  
 tra Filij Dei velut illecebras diabo- *mundi.*  
 li remis velisq; fugiunt, quia probe in-  
 telligunt se à Deo summo bono illorum  
 occasione abduci. Quare quisquis pre-  
 ciosissimum hunc thesaurum in corde  
 suo conservare studet, is meminerit o-  
 mnes occasiones illum amittendi vi-  
 tare: velut sunt familiaritates & recre-  
 ationes mundanæ, sive illæ in verbis si-  
 ve in gestibus consistant, breviter, om-  
 nia opera quæ Dei laudē & gloriam nō  
 spectant. Quod si quis nolens volens *Cautio*  
 talib⁹ adesse cogatur, ei ego autor sum *circa so-*  
 secum habitare per introversionem *cietates*  
 cordis ad Deū, ita enim retinebit sem- *mundas.*  
 per Spiritum sanctum, pacem & gau-  
 dium, vbicunq; locorum esse cogatur.

Atq; hoc pacto mundus nocere nemini potest. Hac arte utebatur regina Esther, quæ etsi regijs ornamenti indueretur, intus tamen & in corde erat humillima. Sic David inter maximas opes modestus, & Joseph in domo heri luxu & voluptatibus affluente, castus erat. Atq; hic est ille timor Dei servans hominem à mundo & illius vanitatibus, ne jacturam faciat interni spiritualisq; gaudij, & quietis animarum. Hic *timor Dei est initium sapientia:* quo quisquis est præditus, hic à mundo ad Deum se avertit & in illo tantum delectationem, quietem, pacem ac gaudium querit. Nimirum hic effectus & fructus est veræ cōtritionis, avertere se ab omnibus quæ non sunt Deus, aut quorum causa & autor ille non sit, ad summum ac verum bonum, quod est & vocatur Deus. Quod si agnoscimus, nos hætenus hoc non fecisse, sed vanitatibus mundi immerfos vixisse, toto vitæ reliquæ tempore id deploremus. Quo factò quantuscunque homo peccator ante hac fuerit, Deus non attendit, sed gaudet super illius pœnitentia, & respicit fidem, qua ex animo desiderat multo aliter quam prius erga Deum se habere.

*Dei timor præservat à vanitate mundi.*

*Vera delectatio in Deo.*

*Vera cōtritio.*

*Dei oculi respiciunt fidem.*

habere. Ceterum quantocumq; desiderio salutis humanæ Deus feratur, plærique tamen illi se opponunt, dum nimirum ab illo ad mundum se avertunt, atq; ita quasi vi ex cordibus suis illum expellunt, cui nihil æque in votis est quam præsentia sua ipsos exhilarare, in eorumq; cordibus habitare. Vnde cum necesse sit homine Deo victurum, mundo mori prius debere, maximam partem hominẽ Dei hostes esse. Nos vero meminerim⁹ millies milliesque nobis moriendum cum intra tum extra, antequam divinam vitam auspiciemur. Atque hæc mortificatio fit per varias cruces & tentationes quæ externas quæ internas, suntque velut quædam medicinæ depravatæ nostræ naturę necessarię, ut sanctã divinamq; vitã inchoemus. Ex quo patet tantam esse illarum utilitatem & præstantiam, ut postquam ipsis defuncti fuerimus, merito revocare eas debeam⁹, quo nimirum malum in nobis extirpetur, & Dei opus in nobis plantetur. Quippe hoc pacto nobilissimũ omnium operum addiscimus, puta mundo mori in adversis & prosperis, idq; in silentio & spe, clam, intus & sine querela. Econ-

\*

Mundo

morien-

dum ut

Deo vi-

vere pos-

situs.

\*

Impati-  
entia in  
cruce te-  
statur  
hominē  
mundo  
nondum  
esse mori-  
endum.

tra qui iniquo animo fortunam suam accusant, & impatienter de illa queruntur, hi palā faciunt, se mundo mori nolle, h. est, aut parum aut nihil boni, seu divini luminis in anima sua habere. Nam Deus in homine vivere non potest, qui mundo nondum sit mortuus: quia quanto magis corruptæ naturæ & illius concupiscentijs, tanto minus Deo & ipsius voluntati vivitur: è contra quo minus originali corruptelæ largimur, eo magis Deo & voluntati ejus morigeramur. Meminerim<sup>9</sup> ergo quantum quisq; Spiritu vivere velit, tantum naturæ & carni esse moriendum.

### CAPUT XIX.

DE INTERNA ET MENTALI ORATIONE, deq; vero usu orationis Dominicæ.

Rom. 8. *Accepimus Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba Pater.*

Oratio  
est opus  
Spiritus  
sancti.

**Q**uemadmodum Deus in humilibus magna & præclara opera edit, sic Spiritus sanctus in iisdem orationem operatur: sine quo nulla vera oratio est, quia ipse clamat & gemit

mit



mit in anima nostra, estq; velut ipsius  
 lingua, clamor, imo vita. Etenim sicut  
 corporis nostri vita est anima, sic huj<sup>9</sup> *Spiritus*  
 vita est Spiritus sanctus, ex quo ipsa *S. est vi-*  
 spirat ac vivit. Adhæc Spiritus sanctus *ta ani-*  
 est testis adoptionis filiorum, & cœle- *ma no-*  
 stis nativitatis ex Deo, qua quisquis re- *stra.*  
 ctè uti novit per fidem in Christum,  
 per charitatē Spiritus sancti, & deniq;  
 per bonitatem eterni & clementissimi  
 patris, ne ille maxima bona ab illo im-  
 petrabit. Tanta enim est benignitas &  
 suavitas Dei nostri, ut nihil non ab illo *Deus*  
 possint exorare filij qui ex intimis ani- *exora-*  
 mi sensib<sup>9</sup> ad eū se converterint, Hanc *bilis.*  
 autem conversionem quia Deus ipse  
 met operari debet idcirco eo nomine  
 quotidie à filijs suis est orandus. Hinc *Interna*  
 existit vera internaque cordis oratio, *oratio.*  
 puta per veram cōversionem & incli-  
 nationem animi & affectuum nostro-  
 rum ad Deum. Hæc mentalis oratio  
 cœlos penetrat, dum homo corporali-  
 bus vestigijs Servatoris nostri insistit,  
 ex mera liberaq; charitate, non autem  
 ex necessitate, velut Simon Cyrenæus,  
 qui angariandus erat ut portaret cru-  
 cem post Christum. Quippe, quæ est  
 Dei nostri benignitas, non expectat

Christi  
oratio.

Omnia  
ex cha-  
ritate  
facienda

Deus est  
Regnum  
Dei.

supplicationes nostras, sed ultro nobis obviam procedit ambiens amicitiam nostram, & à nobis cōtendens ut veniam ab illo postulemus, & qualem se erga nos ipse gesserit, talē vicissim nos erga proximum nos præstem⁹. Beatum vero illum qui hanc Dei charitatē agnoscit ac intelligit illamq; in Christo crucifixo recte contemplatur, nam istiusmodi intus & in corde suo amplius orat, quam omnes totius mundi voces externæ. Nimirum unica meditatio & adspiratio vulnerum Christi in fide, charitate, & devotione, Deo lōge charior & acceptior est omnibus campanis, organis, cantionib; & musica quacunque. Veri Christiani proprium est toto vitæ suæ decursu omnia ex charitate facere, & in Christum crucifixum se transformare: cujusmodi morigeri & obsequenti Filio Deus deneigare nihil potest. Ne autem nescirem⁹ qualia bona à Deo petere oporteat, idcirco docuit nos Christus Jesus orationem Dominicā, qua nihil melius potest excogitari. An enim regno Dei majus aliquod bonum est? Scilicet Deus ipse est regnum suum, in illoque comprehendit omnes creaturas rationales: unde

\*

unde

unde cum Regnum Dei advenire petimus, quid aliud quã ipsum Deum cum omnibus suis opibus nobis dari postulamus? Itaq; in hoc regno Deus fit Pater noster, palam faciens paternam suam storgen & fidem erga nos, per ædificationem regni sive palatij sui in nobis, ad exercendum nobilissimum suum opus, hoc est, sanctificationem nominis sui magni & gloriosi in actionibus nostris spectandi. In hoc regno operatur etiã voluntatem suã in nobis sine ullo obstaculo: atq; hoc pacto fit voluntas ipsius nõ tantum in coelo, sive in Deo ipso sed etiam in terra, sive in nobis. Ex quo intelligitur orationis mercedem esse Deum ipsum; juxta illud quod dixit ad Abrahamum Gen. 1. *Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis.* Præterea coelestis Pater dat nobis panem quotidianum, hoc est, omnes suas creaturas nostris servicijs & usib<sup>9</sup> destinat, in illisq; suam benignitatem & storgen nobis exhibet: quia cor Deo vere devotũ & sacrum, in quo ipse voluntatẽ suam exequitur, capax est omnium donorum Dei & virtutum universalium. Tanta quippe est Dei bonitas, charitas, & misericordia, ut quæ

e s; nobis



nobis spiritualiter vel corporaliter utilia sunt, illorum denegare nobis nihil possit, quia idē unus optimē intelligit ærumnas nostras. Atq; hoc fine nobis quoque patefecit nostram miseriam nostraq; peccata, docens quomodo homo coram Deo suo se humiliare, & ab ipsius pedes prostratus orare debeat: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Adeo quippe misericors est De⁹ noster ut peccatorum remissionem ultro nobis offerat, & ostendat quomodo recte & ex animo ab illo petere debeamus peccata nobis condonari: ne videlicet nesciremus esse ipsum paratiorem ad condonandum, quam nos ad exorandum; deinde si charitatis nostræ officio facere satis velimus, qualem se ipse erga nos gesserit, tales etiam nos proximo nostro esse debere. Nam veri Filij Dei neminem à charitate sua vel Dei excludunt, & quæ est illorum mansuetudo & bonitas, nihil gratius habent aut eque in votis, quam regnum Dei & salutem omnibus posse impertiri. Porro ex hac peccatorum agnitione & veniæ petitione, intelligit Christianus esse se extra Deum & illius regnum,

*Vera  
mansuetudo &  
bonitas.*

ex-

expertum solatij, egenum ac miserum propter extremam naturæ suæ infirmitatem. Quocirca Christus nobis præcepit orare patrem suum ne sinat nos induci in tentationem, per quam diabolus à Dei regno, voluntate, & nomine sancto abducere nos conatur, sed ut liberet nos à malo, hoc est à propria nostra voluntate, & natura extremè depravata, quæ impedit in nobis regnum Dei & honorem qui ipsius nomini tantum debetur. Ipsius enim est & erit regnum, potentia & gloria in omnem æternitatem. Quæ dum ipsi soli accepta ferim⁹, eo ipso nostra manent; si, tum vero iisdem excidimus, illius nomen non legitime sanctificantes, voluntati non obsequentes, extorres regni ipsius, & redemptione peccatorum liberationeque à malo indigni.

Deo soli  
debetur  
honor,  
gloria &  
virtus.

### CAPITULUM XX.

HUMILITATEM PRO FUNDAMENTO in corde esse, cui postea omnia opera superstrui debeant: sine illa vero corruere omnia quæ homo toto vitæ decursu ædificaverit. Ad hæc ostenditur diabolum per humilitatem superari, in eadem esse veram poenitentiam, & animæ inter adversa tranquillitatem. 66 1. Pet.

1. Pet. 5. Omnes invicem humilitatem  
insinuate.

Humili-  
tas est  
funda-  
mentum  
omnium  
bonorum  
operum.

Citra  
divinam  
gratiam  
omnia  
peccata  
sunt.

Super-  
bia opti-  
ma ope-  
ra fadat.

Causa  
humili-  
tatis.

**O**pus quod stabile sit futurum, hu-  
militati superstruatur oportet,  
quia homo ex se nihil potest.

Quocirca quidquid est quod aggredere-  
ris, prius & ante omnia fonti supera-  
bundantis gratiæ divinæ supplex ad-  
volvere, illumq; humiliter ora, ut tua  
opera Dei honorem, gloriam ac laudē  
spectent, quandoquidem citra divinā  
gratiā omnia quæ facis nil nisi pecca-  
ta & anathemata sunt. Atq; hoc quis-  
quis observat, soli divinæ voluntati se  
resignat, in silentio ac humilitate pro-  
prium vilitatē expendit, Deoq; per ar-  
dētē charitatē se devovet: in eo ipse  
vicissim non potest non ineffabilia o-  
perari. E contra superbia omnia opera  
coram Deo velut ebur atramento in-  
quinat, fædat, demolitur, & execrabi-  
lia facit. Quapropter plus causarū no-  
bis est, unde humiliemur, quam unde  
superbiamus. Quod enim ortū nostrū  
attinet, ex nihilo facti in nihilū reci-  
dimus, sumusq; ipsis umbris fugacio-  
res. Adhęc tanta est nature nostre cor-  
ruptela, ut ad gravissima peccata sem-  
per inclinemus, admissuri etiam illa

SUMM

cum reatu ignis infernalis absque im-  
 mensa Dei misericordia si foret esset.  
 Accedit quod diabolus, cujus semen  
 & radix est superbia, qui superbissim<sup>9</sup>  
 est, & superbia invalescit ac robur col-  
 ligit, de vincendi commodior ratio nō  
 est quam per Humilitatem: avertendo  
 nimirum se à peccatis ad Deum in pu-  
 rissima humilitate. Equidem miseran-  
 dum censeo, homines Christianos Dei  
 verbo, virtute ac spiritu instructos di-  
 abolo tam facile palmam porrigere. Id  
 enim tale est ac si armatus & loricatus  
 miles muscæ aut vespe se compungen-  
 dū ad mortem ultro offerret. Apud hu-  
 miles autē gratia Dei adeo robusta est,  
 ut revera diabolus vincere valeant, si  
 modo viriliter per Dei gratiā & virtu-  
 tē illi se opponant. Jam quotquot dia-  
 bolo per virtutem & gratiam Dei non  
 restiterūt, sed ab illo se vinci sunt pas-  
 si, isti in extrema die ludibrium erunt  
 immūdanorum spirituum, quia ipso-  
 rum illecebris siverint se inescari. Ex  
 quo datur intelligere, quanta gratia  
 polleat virtus Humilitatis. Taceo in  
 humilibus esse assiduam famem ac si-  
 tim gratiæ divinæ, qua conspecta Deus  
 non potest nō esurientes bonis imple-  
 re,

*Diabolo  
 repu-  
 gnan-  
 dū.*

*Humili-  
 tas sicut  
 Deum.*

*Humili-  
tas ma-  
ter vera  
cōtritio-  
nis.*

re, hoc est, seipso: quia ea animę condi-  
tio est, ut nisi solo Deo expleri & satia-  
ri non possit. Porro humilitas est fun-  
damentum verę contritionis ac peni-  
tentię, dum nimirum homo ex animo  
peccata deplorat, & in perscrutabilem  
suã immunditiam, clandestinam ma-  
litiã, & immensam cordis sui corru-  
ptelam spectãs, in fide gratuitã Christi  
misericordiam apprehendit, Deum ex  
animo diligere incipit, divinę volun-  
tati se resignat, adeoque totum illi se  
devovet, sic ut idem uterq; velit. Ejus-  
modi homini Deus omnia clementer  
condonat, ipsiusq; peccata una litura  
ex animo suo delet. Postquam enim  
ipse à peccatis ad Deum se convertit,  
ille vicissim ad ipsum se convertit, &  
peccatorum ejus amplius non recor-  
datur. Præterea humilitatis proprium  
est à Deo crucem hilari animo susci-  
pere, tanquam præparatorium hu-  
mani cordis ad recipienda dona divi-  
na & velut immediate à Deo inpositã,  
undecunque veniat. Unde ait: Salve  
crux, amica mea, quæ etsi forte inopi-  
nata & insperata, non tamen intempe-  
stiva advenis: neq; enim obscurũ mihi  
est Dei consilium, qui per te Sanctum  
&



& sibi devotum hominē ex me facere hoc pacto intendit. Denique Humilitatis proprium est, hominem in pace & tranquillitate conservare, inter adversa æque & prospera sive dona Dei. Itaque qui hac præditus est, æquam semper mentem retinet, sive Deus illi det, sive data eripiat, nec quicquā accidere ipsi potest, unde animo vel efferratur vel cōtrahatur. Vnde in ejusmodi homine divina gratia mirabilia operari incipit, & quemadmodū ante hac sua duntaxat & ex suis viribus opera exhibuit, ita deinceps Deus illum portat & in ipso perq; ipsum omnia facit.

*In humilitate est vera pax.*

## CAPUT XXI.

HOMINEM DEBERE ACQUIESCERE in solo Deo, non autem in donis illius. De abnegatione sui ipsius.

*Psal. 32. Letamini in Domino, & exultate justī, & gloriamini omnes recto corde.*

**G**ENUINA sinceraq; Dei charitas solum Deum quærit & spectat in rebus omnibus, non se; delectatur solo Deo, qui est summum & increatum bonum, nequaquam vero creaturis: idq; intus & in profundo anime  
ubi

*Proprietas charitatis divina.*

\*

ubi est regnum Dei. Nam anima præter vires ac facultates naturales, quæ corpori vitam & motū impertiuntur, occultam, intimam, purā abstractāq; essentiā habet, quæ temporis ac mundi expers sedes & civitas Dei est, separata ab omnibus externis & terrenis rebus, ubi Spiritus S. dona sua effundit, & consequenter in animæ vires & facultates propellit, puta in sapientiam, Intellectum, Linguas & Scientiam. Ad quæ accedens natura subdola, illis amplius quam ipso Deo gaudet, amans dona impensius quam datorem, illaq; adeo sua philautia conspurcans. Atq; hæc charitas cæca, vitiosa & fallax est: quia sicut dona Dei non sunt ipse Deus, ita non in donis Dei, sed in solo Deo letari & exultare nos oportet. At pleriq; cum divino aliquo dono, velut lumine cognitionis, aut suavitate devotionis, aucti sunt, præclare se functos censent suo officio si in illo acquiescant, nescientes hoc non sufficere, & dona Dei non esse Deum ipsum. Nam homo ad majora imo immensa creatus vocatusq; est, puta ut ipsius Dei portio fiat. Vnde sequitur gravissime Deum nobis irasci, quoties in minutis illis acquiesci-

*In donis  
non est  
exul-  
tandum.*

esci-

escimus & subsistim⁹, cum nihil æque nobis largiri desideret, atq; seipsum modo mirabili & nobilissimo: daturus etiam majus & illustrius aliquid si haberet. Jam cum homo Dei unicum votum ac desiderium sit, sequitur hominem vicissim, non in donis sed in solo Deo debere acquiescere. Quid enim ille nobis poterit denegare, qui seipsum nobis largiri non dubitat? Verum enimvero ea naturæ nostræ philautia est, ut aliena bona sibi arroget in illisq; exultet, vtcunq; fugacia, & instar cucurbite Jone caduca & evanida sint. Tacco quod præpostera illa lætitia Dei dona contaminat, illumq; in suis operib⁹ impedit. Tanta quippe tamque profunda est humanæ naturæ per peccatum originale invec̄ta corruptela, ut millesim⁹ quisq; occultam cordis sui malitiam non intelligat aut assequatur, teste Psal. 19. exindeq; homo seipsum amet impensius quam Deum, illi⁹ Angelos, & creaturas universas. Hæc abyssum corruptionis humanæ si omnes eruditi conentur, nunquã poterunt applicare: multo vero majoris laboris & moliminis est hoc falsum fundum in corde evertere ac extirpare.

\*

*Solus**Deus a-*  
*mandus.**Deus*  
*dat nobis*  
*seipsum.**Humana*  
*na natura*  
*in-*  
*gens cor-*  
*ruptio.*

re.

Abne-  
gatio sui  
est diffi-  
cilis.

re. Quippe hæc est illa abnegatio sui-  
ipfius, à Domino nobis demandata, fi  
ipfius discipuli esse desideram⁹: quam  
fane difficilius est præstare (tantè scili-  
cet naturæ nostræ est depravatio) quã  
omnia terrena, pecuniam, domos &  
dominia relinquere. Quando tamen  
illa prorsus necessaria est, hinc De⁹ per  
varias afflictiones ad illã nos disponit,  
præparat & compellit: atq; hoc unum  
spectant omnes tentationes & ærumnæ  
internæ & externæ, corporales & spi-  
rituales, nullo alio fine à Deo ordinate  
& ab æterno decretæ.

### CAPUT XXII.

QUOMODO OPERA NOSTRA  
DEO placeant, quomodo apud illum  
gratiam inveniamus & justificemur,  
quomodo donis rectè quis uti, & quam  
facile contra illis abuti animamq;  
suam inquinare possit.

*Pfal. 37. Delectare in Domino, & da-  
bit tibi petitiones cordis tui.*

Natum  
bonum  
opus fit  
extra  
Dei gra-  
tiam.

QUIA homo naturalis iræ divinæ  
obnoxius est, sequitur etiam na-  
turalia illi⁹ opera, quanta & qua-  
liacunq; demum sint, ejusdem condi-  
tionis esse: nam extra gratiam impos-  
sibi-

sibile est ullum opus Deo approbare.  
 Sin Dei gratia fruitur, jam omnia ipsi?  
 opera grata sunt, quia Dei gratia in  
 ipso illa est operata. Unde patet cum  
 B. Paulo nos debere dona quæcunque  
 Deo adscribere, non nobis: ac multo  
 minus in illis justitiam & salutem no-  
 stram collocare. Etenim si homo o-  
 mnium Martyrum cruciatus unus su-  
 stineret, si opera quæ singuli Christia-  
 ni omni ævo fecerunt, solus præstaret,  
 si indies mortē oppeteret, saxis & spi-  
 nis denique vesceretur: omnia tamen  
 minora essent, quam pro gratia divina  
 ex seipso consequenda. Potius autem  
 est per fidē profundissimæ & inexhau-  
 stæ Dei in Christo misericordiæ, cum  
 voluntate Deo resignata & omnibus  
 creaturis substrata inñiti: quia hoc mo-  
 do Christ⁹ omnia ex mera clementia,  
 charitate & misericordia humilib: lar-  
 gitur, juxta dictum Luc. 17. *Cum feceri-  
 tis omnia, dicite, servi inutiles sumus.* Nam  
 Deum imortalem! quam misera, quam  
 nō absimilis panno mulieris menstru-  
 atæ, ut ait Isaias cap. 64. est justitia no-  
 stra coram oculis tuis, illa inquam quæ  
 ex nobis est! Aut quid cōferre possunt  
 ad nostram justificationē omnia ope-

*Justitia  
 non con-  
 sistit in  
 operi-  
 bus.*

*Via re-  
gia ad  
beatitu-  
dinem.*

*Christus  
nostri  
causa nō  
erit sibi  
dissimi-  
lis.*

*Quanto  
homo si-  
bi pau-*

ra inde à condito mundo facta, & por-  
ro usq; ad sæculi finem ab hominibus  
universis præstanda? Hoc ergo potius  
agamus, intremus per securissimam  
portam ad hæreditatem, immolemus  
Christi passionem innocentissimam  
pro poenis quas promeruimus; ipsius  
cogitationes sanctissimas, pro pecca-  
tis cogitatione à nobis perpetratis; i-  
psi<sup>9</sup> verba & eloquia divina pro nostris  
vaniloquijs; ipsi<sup>9</sup> deniq; opera omnia,  
paupertatem, patientiam, mansuetu-  
dinem & charitatem, pro omnibus, ad  
quæ interius & exterius obligamur; a-  
spicientes semper Christum, si gratiam  
apud Deum consequi volumus; & cum  
prodigo filio ad illū humiliter rever-  
tentes, si ipsi<sup>9</sup> amplexibus perfrui de-  
sideramus. Neq; enim sibi ipsi poterit  
esse dissimilis, nec degenerabit à solita  
sua misericordia, si modo nos pecca-  
visse serio poeniteat. Taceo hanc tantā  
talemq; clementiam illummet sponte  
ac ultro nobis offerre, nihilq; ipsi faci-  
lius esse quam peccata nobis remitte-  
re, si modo credimus ipsum hoc factu-  
rum. Non enim abbreviata est manus  
illius, ut juvare nō possit. Quanto au-  
tem humiliores & miserabiliores in-

con-

conspectum ipsius prodibimus, tanto <sup>perior</sup>  
 gratiores illi sum<sup>9</sup> futuri, tantoq; mu- <sup>est, tan-</sup>  
 nificentiam suā amplius faciet conte- <sup>to opu-</sup>  
 statā. Nam quæ proportio est guttulæ <sup>lentior</sup>  
 uni<sup>9</sup> ad mare, eā rationē obtinent pec- <sup>fit Deo.</sup>  
 cata omniū hominum ad infinitā Dei  
 misericordiam. Statim vero atque in <sup>Omnia</sup>  
 gratia sumus, omnia nostra opera Deo <sup>opera il-</sup>  
 sunt accepta, propter unigenitum fi- <sup>lius Deo</sup>  
 lium suum, extra quē nihil illi place- <sup>placent,</sup>  
 re nihilque gratum esse potest. Hoc er- <sup>qui est</sup>  
 go agamus, sicq; vivam<sup>9</sup>, ut per fidem <sup>in gra-</sup>  
 cum unigenito Dei Filio semper uniti <sup>tia.</sup>  
 simus, hac enim ratione cum omnib<sup>9</sup>  
 nostris operibus Deo sumus accepti.  
 Porro illud quoq; omni opera à nobis  
 curari par est, ne in Dei donis, quæ no-  
 bis ceu gratiæ filijs obtingent, sed in  
 solo cœlesti patre acquiescam<sup>9</sup>; juxta  
 illud Psalmi 37. *Delectare in Domino*, nō  
 autem in ipsius donis, sed in sola Dei  
 gloria, ut ipsi<sup>9</sup> divina voluntas in no-  
 bis & in creaturis universis adimplea-  
 tur. Quemadmodum fluvij ad capita <sup>Deo do-</sup>  
 & fontes suos revertuntur: ita nobis <sup>na sua</sup>  
 faciendum meminerim<sup>9</sup>, & omnia do- <sup>retribu-</sup>  
 na ad originem suam, qui est Deus re- <sup>enda.</sup>  
 ferenda. Ut autē donis divinitus con-  
 cessis rectē & legitimē utamur, ope-  
 ræ

ræ pretium fuerit istis quos dicam regulis se accommodare. Si haberent omnia dona quæ cælo & terra continentur, cum Sanctorum uniuersorum pijs operibus, protin<sup>9</sup> atq; illis cor apposuerit, omnia idololatriæ & peccati labe conspurcabuntur. Neq; enim fas mihi est in re ulla acquiescere & oblectari, præterquã in solo Deo: quod ubi fit, tum vero De<sup>9</sup> est meum gaudium, oblectatio, pax, satietas, opes, & facultas, cum extra tum intra: id quod omnibus donis melius & optabilius est. Atque ad hunc modum quilibet fieri potest officina, vas & instrumentum gratiæ diuinæ: neq; enim in superbis spiritibus, qui sunt membra & organa Luciferi operari vult Deus, sed *humilibus dat gratiam*, teste Petro I. Epist. cap. 5. Interna superbia radix est omnium vitiorum, per quã diabolus animæ locum & arcem occupat, quam solus Deus cum gratia sua possidere ac inhabitare debebat. Quemadmodum vites quoad formam externam vilissimum lignum & ad nihil utile quam ut in ignem cõijciatur, imperitis possent videri; ad quæ tamen liquorem suavissimum & vitalem de se proferunt: Ita omnes de-

voti

*Superbi  
sunt or-  
gana  
diaboli.*

*Palatium  
simile*



voti homines per quos De<sup>9</sup> operatur, exterius nigrum, fædum ac inutile lignum videntur, propter humilitatem in verbis & omnibus externis operibus: intus tamen sunt venæ vivæ quarum pars est ipse Deus. Qui vero dona sua jactant, eleemosynas suas ostentāt, suo ære templorū fenestras confectas nominibus & gentilitijs signis distinguunt, eo ipso dum omnibus liberalitatem suam conspicuam esse student, acceperunt mercedem suam & omnia sua opera contaminaverunt. Illi vero maximè ridiculi sunt, qui publice cū magna pompa orari pro se postulant, nesciētes eleemosynas ab humili, sincero & Deo devoto corde profectas, plus omnibus hominibus scientibus, propter vanam gloriam eleemosynas illas esse erogatas, ad Deū orare. Quapropter si opera nostra Deo cupimus approbare, quatuor nobis erunt observanda. I. Ut de omnibus nostris operibus modeste sentiamus, in illis nō nos sed solum Deum spectemus. II. Ut animum, Spiritum ac cervicem infra Deum & homines qua parvos qua magnos deprimamus, & nos omnibus viliores, ex animo arbitremur. III. Ut omnia

*Omnia opera fieri debere in humilitate.*

*Quatuor regula vera humilitatis.*

omnia quæ facimus ceu inutilia & nullius pretij despiciam<sup>9</sup> ac dedignemur. IV. Ut semper reformidemus occulta Dei judicia, non velut fluctantes & incerti, sed velut intimi & amici Dei, & quomodo qui amant omnia etiam tutissima metuunt, ne forte offensam amici incurrant. Atq; hæc quatuor capita qui insuper habet, hic omnia sua opera quod & qualiacunq; demum illi sint quasi ebur atramento inficit. Contra qui istis regulis se accommodat, hic sol<sup>9</sup> est arbor frugifera, ceteri vero putria & olentia poma proferunt. Illud etiam admonendus es quantumcunq; parvum opus sit quod facis, si proximi utilitatem spectet, Deo esse longè gratissimum. Quemadmodum è contra, qui concredito sibi talento ad commodum proximi nõ fænoratur, rigidissimam rationem reddere cogetur, quia nõ alio fine à Deo id accepit, quam ut proximo restitueret. Nam nulla actio, nulla ars, nulla functio tã parva & vilis est, quin à Deo ad proximi utilitatem sit data. Atq; hæc sunt illa opera quæ vocat Christus Joh. 3. *in Deo facta*, hoc est, in fide, in charitate sincera, ad honorẽ Dei, ex bona intentione, sine ullo

aucu-

Quic-  
quid  
proximo  
utile est,  
Deo pla-  
cet.

Quo-  
opera in  
Deo sint  
facta.

aucupio aut spe honoris vel compen-  
 dij, sed ad solius proximi utilitatem.  
 Proinde etiam atq; etiam vide quid sit  
 quod ad agendum te impellit, ne opus  
 tuū ipse corrumpas & destruas. Quod  
 si concessa tibi divinitus dona ad pro-  
 ximi emolumentum cōvertere cessas,  
 idē tibi eventurum scias, quod illi de-  
 sidioso seruo accidit, cui cōcreditum  
 talentum à domino, at improbe sub-  
 terram per pigritiam à seruo nequam  
 defossū, ereptum & alteri recti⁹ illo  
 uti scienti datum fuit: quo pacto tu in-  
 anis & vacuus cum dono tum gratia  
 dimitteris. Non minor illorum stulti-  
 tia est, qui majora viribus suis profitē-  
 tur, & copiose ac ornatè sermonem de  
 ijs rebus instituere audent, quas nun-  
 quā exercuerunt vel experti sunt: qui  
 etsi dixerint se afflatu & impulsu S S.  
 Trinitatis id operis esse aggressos, nu-  
 gas tamen dicunt, nisi pri⁹ constet in-  
 teri⁹ & exterius quod jactant illos ex-  
 ercuisse. Adhæc scire te velim, omnia  
 opera quę tantum in speciem & ambi-  
 tionis causa fiunt, Deo placere nō pos-  
 se: quantacunq; etiam illa sint: nam  
 opera & fæctus autoris & parentis sui,  
 non alteri⁹ sunt. Unde sequitur impo-

\*

*Opera in  
 speciem  
 facta  
 Deo di-  
 splicent.*

*Omnia  
ad Deū  
dirigen-  
da.*

stores & hypocritas esse, quotquot in omnibus seipfos spectant: quorum opera etiā similia sunt cariosis & putribus statuis auro illufis, illa dico opera quæ non ex mera charitate, & divini honoris studio, sed ex amore carnali & ambitione sunt profecta. Similiter omnia opera quæ alio quam in Deum diriguntur, mera mendacia & idololatria sunt: quia quicquid Deū pro scopo non habet, idolū est. Quocirca donis ita uti oportet, ne si illis cor appoferimus, horrendum idololatriæ crimen incurramus.

### CAPUT XXIII.

DE MYSTERIO CRUCIS, ET QUOMODO PER ILLAM IN DEUM TRAHAMUR.

Matth. 10. *Qui non tollit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.*

*Omnes  
veri  
Christi-  
ani sunt  
crucige-  
ri.*

**O**Mnes veros discipulos, amatores & imitatores Christi oportet in hoc seculo crucem suam tollere, qualiscūq; demum illa sit: quia unam fugiendo, alterā necessario incurrimus, & quoquo nos convertamus, patiendū est. Nulla vero crux est cui Deus non suppo-

suppo-

supponat manum suam, gravio-<sup>Deus</sup>rem il-  
 lius partē bajulando, unde homo tan-<sup>bajulat</sup>-  
 tam percipit voluptatem, & crux a deo <sup>nobiscū</sup>  
 levis ipsi efficitur, ut nunquā aliquid <sup>crucem</sup>  
 sibi passus videatur: statim vero atque <sup>nostram</sup>  
 ille humeros cruci subtrahit, tum illa  
 ad pristinam & suam gravitatem acer-  
 bitatemq; redit. Idcirco filius Dei gra-  
 vissimum jugum modo durissimo per-  
 tulit, id quod deinceps post illū omnes  
 intimi & familiarissimi amici similiter  
 bajulaverūt. Neq; enim verbis expri-<sup>Quantis</sup>  
 mi potest quot & quantis bonis crux <sup>bonum</sup>  
 affluat: imponente illam nobis Deo ex <sup>crux sit.</sup>  
 mero amore, ut per illam amicos suos  
 ad se pertrahat, Christo assimilet, & ne  
 citra illam beatitudinis æternæ jactu-  
 ram faciant. Vera autē method<sup>9</sup> & di-<sup>Vulnera</sup>  
 dactica patientiæ sunt vulnera nostri <sup>Christi</sup>  
 Servatoris, quorum illa quę in sanctis <sup>sunt li-</sup>  
 simis suis pedibus habuit, docere nos <sup>ber cru-</sup>  
 possunt vitandos & fugiendos esse <sup>cis no-</sup>  
 omnes voluptates, patiendaque è con-<sup>stra.</sup>  
 tra quæcunque sive externum sive in-  
 ternum hominem adorientur. Vulne-  
 ra manuum docent nos tacere & omnia  
 caduca despiciere. Vuln<sup>9</sup> autem lateris  
 nosmet abnegare, & in solo Christo a-  
 nimi sui gaudium & oblectamentum

querere. Ipsum deniq; nudum corpus in cruce pendens omnibus creaturis nos exspoliare debet. Quemadmodum enim Christus nudus patibulo crucis affixus fuit, illiusq; vestes spectante & vidente ipso per sortē & lusū distractæ fuerunt: ita velim credas, si perfectionis cupidus es, omnia tibi detrahi debere quæ non sunt Deus, eaq; ipsa coram tuis oculis per jocū & lusū jactari, traduci proq; stultitia & hæresi haberi oportere. Quia nulla quantumvis parva crux nobis imponitur, quã De⁹ non præviderit & injungendam nobis præceperit, sequitur eo nomine gratias ipsi agendas esse. Quemadmodum enim diabolus homini per res secundas insidiatur: ita De⁹ asperrima quæq; sibi charissimis demadat: eo cōsilio ut electos suos in hoc sæculo identidem ex mero amore & misericordia crucifigendo, varijs & sæpe occultis modis tribulando, & deniq; omnia huj⁹ mūdi ipsis opponendo, malignæ potestates ipsos sibi nō subijciant, & à Deo avertant. Equidem non dubito nos ad multa milliaria cruci obviam esse profecturos, si sciremus quomodo nos illa ad Deum ducat, quantum honoris nobis

*Omnis  
cruce à  
Deo præ  
visa.*

*Diabo-  
lus per  
prospera  
seducit,  
at Deus  
crucem  
imponit  
ex amo-  
re.*

bis

bis conciliet, quam cito deniq; diabo-  
 lum à nobis depellat. Dignitatem qui-  
 dem ejus vel hoc solum arguat, quod  
 Deus omnibus suis amicis illā impo-  
 nit: quam si etiam penitus perspicere  
 possemus, equidē censeo nos indignos  
 illa nos esse judicatuos. An enim levis  
 aut vulgaris dignitas est, Christi ima-  
 gini cōformari? Et ille quidē nunquā  
 mundo placuit, proindeq; ludibrium  
 illius fuit: at nunc vix centesim⁹ Chri-  
 stianorum ad tantam perfectionem  
 ascendit, ut mundo placere nō curet.  
 Quisquis autē mundo placet, hic Deo  
 placere non potest: quisquis item mū-  
 do plenus est, Deo vacuum esse oportet.  
 Nam quantū homo sibi ipsi & mū-  
 do moritur, tantū Christus in illo vi-  
 vit. Nullus Deo melius placet, quā in  
 quo ipse divinam suam voluntatem  
 exequitur. Si magnati alicui in lacer-  
 nis ridiculis gratior essem quam in  
 veste splendida & magnifica, quis du-  
 bitet, me ex illis majorem voluptatem  
 percepturum? Similiter cum ignora-  
 re non possimus Deo crucem nostram  
 placuisse, omnibus bonis chariorem  
 illā nobis esse oporteret. Quod si for-  
 te ambigis tua an Dei crux sit quā pa-

Mundo  
 & sibi  
 ipsi mor-  
 tuus.

*Differē-  
tia no-  
stra &  
divina  
crucis.*

teris, sic tecum ratiocinare. Si tui cau-  
sa aliquid pateris, quale illudcunque  
sit, tum vero durum, asperum & ingra-  
tum tibi videbitur. Sin Dei causa cru-  
cifigeris, jam non dolet nec grave est  
quod pateris, Deo sarcinam bajulāte.  
Quid ergo interest centū an mille li-  
bras tibi Deus imponat, si ille met hu-  
meros supponit, onusq; tuum leve, &  
jugū suave facit? Quocirca, bone Deus,  
imponere quid & quantum vis. Præterea  
omnium perfectorum donorum Dei  
ea est conditio ut afflictiones sequan-  
tur vel antecedant. Propter quam uti-  
litatem Deus in hoc mundo omnibus  
suis sanctis & amicis, præcipue vero  
suo unigenito filio Christo Jesu asper-  
rima perpessu imposuit, quæ utiq; pro-  
pter illam quam dixi oportunitatem  
mediocriter sunt toleranda. Homines  
devoti & religiosi Deo se totos resig-  
nant, æquum animum inter prospera  
& adversa retinēt, atq; eo pacto in hu-  
militate manent, canum infernalium  
qui assiduo ipsos circumstant, animo  
devotionem illorum turbandi, cona-  
tus & insidias eludentes. Permirū vero  
est, cum cœlestis Pater vnigenitum suū  
filium non ad delicias sed ad passionē  
in

*Devoti  
totos se  
Deo re-  
signant.*

in



in hunc mundum ablegaverit, nos ab  
 omni afflictione velle exemptos esse.  
 Verum enimvero illud etiam atq; etiã  
 credite, si securissima via incedere  
 volumus patiendum est, & typus Chri-  
 sti aliquatenus imitatione implendus.  
 Nulla crux quantumvis parva nobis  
 immittitur, quæ non ex immensa Dei  
 charitate proficiscatur, & multo ma-  
 ximam hominis utilitatem spectet. Ad  
 hæc ab æterno Deus illã prævidit, ipsi-  
 que placuit eo modo nos exercere.  
 Quod si omnes diaboli qui in inferno  
 sunt, & homines universi qui in mun-  
 do sunt, conjuratione facta fidelem &  
 devotum hominem adorirentur, citra  
 damnum foret omnis conatus illorũ:  
 quantoq; ipsi acrius nocere ejusmodi  
 homini conniterentur, tanto amplius  
 Deus illum exaltaret: nequaquam de-  
 teriore conditione futurus si vel in i-  
 psum infernum detrahatur, ubi Deũ,  
 cœlum, & beatitudinẽ in seipso inve-  
 niret. Quemadmodum venatores in  
 therotrophio cervum canibus agitã-  
 tes, quia certi sunt extra septa erũpere  
 illum non posse, postquã fatigatus est,  
 aliquantis per ipsum respirare, & ro-  
 bur secutura venationi suffecturum

*Nihil fit  
 absq; Dei  
 voluntate.*

*Afflictio  
 adigit  
 ad Deũ.*

recolligere permittunt: Ita Deus cum videt hominem imparem tentationi, resistit non nihil, illumq; recreat & refocillat, sicut ut homo existimet jam invado se esse, eundem vero mox nihil tale cogitantem denuo acerrime exercet. Id quod sicut modo dixi, ab imensa illius charitate & misericordia proficiscitur: quia nimirum homo inter hæc tentationum exercitia & quasdam velut ludicras venationes siti anhelans & æstuans festinat ad fontem gaudij, pacis, & quietis, majorem voluptatem percipiens ex tempestivo potu ad ardentissimam sitim restinguendam cum in hac vita tum in altera, ubi aquæ illæ salutare ex ipso fonte voluptatibus celestibus exundante, hoc est ex paterno Dei corde bibentur. Quæ omnia mundani homines nequeunt comprehendere, ignari qualia quantaq; miracula Spiritus S. in suis edere soleat. Quem admodum paterfamilias cubitum se conferente, si liberi in cellam ipsius vinis generosissimis plenam furtim descendant & largiter potu vsq; ad ebrietatem se invitent, ille re comperta virga acerrimè ipsos excipit, ipsorumque lætitiã postridiana tristitia, & vini in

tem-

*Deus in  
cruce  
nobiscum  
agit ve-  
lut pa-  
ter.*

temperantiam aquæ sobrietate casti-  
gat : Ita Deus velut sopitus filios suos  
rerum terrenarum amore quasi gene-  
roso vino se oblectare permittit , ubi  
vero rem ad ebrietatē & insaniam pro-  
cedere videt , instrumenta peccandi i-  
pſis mox subtrahit, & intemperantem  
voluptatē dolore ac tristitia coërcet ;  
quo illos jam anhelos ac sitientes ad se  
pertrahat, & ut videant nihil se posse  
ex suis viribus, Deo gratiam subtrahē-  
te. Atque hic tunc illi intelligunt, ridi-  
culam ipsorum vanitatem nuper fuif-  
se, cum sibi persuaderēt nihil non pro  
amore Dei se perpeti paratos & robu-  
stos esse, quia jam sub levi & exiguo o-  
nere sic gemant. Videmus Christū nos  
præcessisse in egestate, miseria & con-  
temptu usq; ad mortem: & quis dubi-  
tet ea via nobis ad cœlum proficiscen-  
dum? Tanta sepe est nostra arrogantia  
& superbia, ut tumidam nostram cer-  
vicē deprimere deus aliter non possit,  
quam per tribulationes & contumeli-  
as visu audituq; miserabiles, quippe  
tunc discimus nosmet agnoscere & vi-  
litate nostram non ignorare. Jam  
quod homines in hoc mundo, fundi-  
tus perijsse certum est, non alia causa,

Ne mi-  
nimum  
quidem  
nostris  
viribus  
possu-  
mus ta-  
lerare.

*Omnia  
cruce est  
signum  
amoris.*

quam quia tentationibus & afflictionibus caruerunt? Aut quis non gaudeat ex intimis animi sensibus, si propter Deum, contemni aut affligi ipsū contingat? Etenim cui Deus in hoc seculo adeo equus & benignus est ut externā vel internam crucē ipsi imponat, hic cur aliud amoris & favoris indicium postulet, causā non habet: ne quid dicam, hæc ratione illū in fundū cordis sui adduci, ut semet despiciat & minus de se quam homines universi sentiat. Qui Christum sequi vult, naturam & genium suū fraudet oportet: Id quod plerique hodie facere detrectant, maluntque Deum sequi sine cruce & molestia, in seipsis scilicet consolationem gaudium & pacem frustra quærentes. Christum autem oportuit mori, pati, & ita intrare in regnum suum: quem vitæ nostræ principem, qui passionis acerbissimæ vexillū cum tanta interna externaque patientia ante nos tulit & fixit, utiq; cum reverentia sequi, & si veri illius imitatores esse volumus, crucem nostram undecunq; demum in nos ingruat, interius sive exterius, merito sive immerito, propter Christum hilari & æquo animo bajulare, atq; ita cum Christo regnum & gloriā

*Omnia  
patienter  
ferenda.*

ingredi oportet. Cum quotidie videamus multos mundo servire spe honoris aut famæ fugacis, alios se suaque omnia militiæ periclitari compendij & nominis causa, eccur nolimus pro corona sempiterna obtinenda decertare, luctari & pati? Nam in cruce magnam victoriam esse, docemur exemplo Christi. Adhuc Deus in cruce est & æque seipsū per crucē & tentationem, atq; per suavitatē cœlestium visitationū nobis largitur: imo adversus & duris potius quam mollibus & prosperis delectatur. Etenim sicut caro à putredine sine sale servari nō potest: ita homo sine afflictione & tentatione Deo putet ac displicet. Imo quanto humilior homo fit per crucem, tanto magis participat divinam essentiam & naturam, quia Deus non potest non in abyssum & vacuum sinceræ humilitatis se demittere. Atq; hoc spectant varia illa media quib⁹ Deus conatur hominem humiliare, ad agnitionem suæ vilitatis perducere, & quo Deo gratius nihil est; illum omni propria voluntate exuere. Neq; enim defunt Sanctorum exempla, qui cum à gravissimis tentationibus non liberarentur,

*Crucis esse  
sal no-  
stra car-  
nis.*

\*

*Cur ho-  
mo de-  
beat hu-  
miliari.*

*Nemo  
læditur  
nisi à se-  
ipso.*

penitus se divinæ voluntati & provi-  
dentiaë resignaverunt, seipso abne-  
gantes immolaverunt, parati toto vi-  
tæ suæ tempore, si Deo videatur, cru-  
cem suam perferre: unde per talem  
humilitatem, obedientiam & propriæ  
voluntatis imolationem mox fuerunt  
liberati. Quippe hac ratione pervene-  
rat Deus quo voluit, obtentoq; scopo  
crucis suæ, puta abnegatione sui ipso-  
rum, porro conquievit. Deniq; in cru-  
ce consolari nos debet, quod nemo læ-  
ditur nisi à seipso per iram & impati-  
entiam: sic ut insigniter errent qui cre-  
dunt, cujusquam contumelijs, convi-  
cijs, & injurijs offendi & lædi aliquem  
posse, si modo equum, tranquillum si-  
biq; præsentem animum servet. Itaq;  
quisquis velut corpus exanime tacue-  
rit, ei non modo mundus universus  
damnum non dabit, sed insuper coro-  
nam gloriaë apud Deum plectet. Obsi-  
gnabo hanc doctrinam tribus gradi-  
bus patientiaë, in quibus victoria con-  
sistit. I. Est, pati sine murmure. II. Non  
tantum pati, sed etiam optare crucem  
amore Christi. III. Gaudere in afflictio-  
nibus. Atq; hæc est fortissima & ma-  
xima victoria sui ipsius.

Ejus-

Ejusdē D. JOAN. ARND

Tres Orationes ex libello Precum  
ab ipso edito excerptę, & Epilogi  
loco annexę.

O R A T I O I.

Pro obtinenda animi quiete &  
tranquillitate in Christo.



*Æterne & unice Prin-  
ceps pacis, Domine Jesu  
Christe, beatissima & sum-  
ma fidelium animarum  
quies; tu dixisti Venite  
ad me & invenietis requiem animabus  
vestris; Matth. 11. In mundo pressuram  
habebitis, Joan. 16. in me autem pacem.  
Vah quoties ego requiē quæsivi in hoc mun-  
do & rebus temporalibus, nec tamen inveni!  
Nā anima mea immortalis, expleri, satiari  
& pacari nō potest, nisi per res immortales  
hoc est in te & tecum. O Deus immortalis,  
ubi tu abes, illic nulla quies animarum est,  
nā omnia temporalia festinant ad occasum,  
& sicut amict<sup>9</sup> veterascunt, terra sicut  
vestimentum atteritur & mutatur, tu  
mutabis ea qui idē ipse es, & manes im-  
mutabilis. Quomodo ergo immortalis mea  
anima*

anima requiem inveniet in rebus adeo ca-  
 ducis, mutabilibus, & fugacibus? Quemad-  
 modum enim tu Deus & opifex noster in  
 nulla creatura, præter quam in homine ac-  
 quiesisti (Nam hoc creato quiesisti ab ope-  
 ribus tuis) ita anima humana in nulla cre-  
 atura requiem invenit, nisi in te. O Deus,  
 anima mea saturari non potest nisi te Deo  
 meo qui es omne bonum. Quocirca sitit &  
 esurit te anima mea, nec ante conquiescere  
 aut satis habere potest, nisi te ipsum habue-  
 rit. Unde merito dixisti, ô suavissime Christe  
 Jesu. Qui sitit, veniat ad me. Tu origo  
 animæ meæ es, quæ proinde nullibi nisi in  
 te requiem potest invenire. Voca ergo ani-  
 mam meam & dic ipsi. Veni columba  
 mea in foraminibus petrae, in caverna  
 maceræ, hoc est in vulneribus Jesu Chri-  
 sti. O petra salutis, in quo confidit anima  
 mea. Certe etiam dilectus Apostolus tuus  
 Thomas non prius potuit conquiescere, quã  
 misisset manus suas in locum clavorum &  
 vulnerum tuorum. Illa etenim sunt nobis  
 fontes salutis, fontes pacis, & fontes amoris.  
 O Domine Jesu, quam ardens est charitas  
 tua, quã carēs omni hypocrisi, quã perfecta  
 quã immaculata, quam magna, quam ex-  
 celsa, quam profunda, quã deniq; sincera &  
 cordialis. Permitte queso anima meæ ut in  
 hac

hac



hac tua charitate conquiescat, in corde tuo,  
in quo non est mendacium neque dolus: ibi  
quiescet illa sine timore, placidè, & securà.  
Conquiescat in te quæso omnes sensus mei,  
ut audiam te suaviter in me loquentem, ô  
summa humanitas & comitas; videant te  
oculi mei, ô summa pulcritudo; audiant te  
aures meæ, ô summa jucunditas; gustet te os  
meum, ô summa dulcedo; aspiret mihi odor  
nobilissimus vitæ ex te, ô flos paradisi præ-  
stantissime; alligent te mihi brachia mea  
amplexu charitatis, ô mellitissime sponse;  
exultet in te cor meum, ô mea letitia; desi-  
deret te solum voluntas mea, ô unicum vo-  
tum cordis mei; te solum cognoscat intelle-  
ctus meus, ô æterna sapientia; in te deniq;  
uno acquiescant concupiscentiæ meæ & af-  
fectus universi, ô Jesu amor meus, mea pax,  
meum gaudium. Tolle ex corde meo omne  
quod tu non es. Tu mihi opulentia es in mea  
paupertate; tu mihi honor in contemptu  
meo; tu mihi Laus & Gloria contra calum-  
nias; tu mea fortitudo in infirmitate; tu  
denique mihi vita es in morte. Et quare in  
te non acquiescam, qui es mihi omnia; ju-  
stitia mea, contra peccata; sapientia contra  
meam stultitiam; redemptio contra meam  
condemnationem; sanctificatio contra me-  
am immunditiam. Veni ad me & fac re-  
quiesce.

quiescere cor meum, celebra in me Sabbathum tuum, audiam quid loquaris in me; sentiam te in me vivere, ô vita mea; te consolari, recreare, refocillare & illuminare me, ô consolatio & delectatio mea, gaudium, & lumen meum. Dem tibi obsecro totum cor meum, quia tu mihi cor tuum totum dedisti; exeam à me ipso, ut tu in me intres; evacuem & repurgem à mundo cor meum, ut tu cœlestibus donis me impleas. O Jesu quies cordis mei, Sabbathum sanctum animæ meæ, deduc me in quietem æternæ beatitudinis, ubi delectationes in dextera tua usq; in finem; Psal. 16.

## Oratio II. Eucharistica.

Pro spirituali conjugio Christi cum nostris animabus.

**O** Domine Jesu Christe, speciosus forma præ filiis hominum, & animarum nostrarum sponse amabilissime: Tu dixisti Osee 2. Sponsabo te mihi in sempiternum: & sponsabo te mihi in justitia & iudicio. Et sponsabo te mihi in fide, & scies quia ego Dominus. Ago tibi gratias medullitus, pro amore tuo a deo ardenti, sincero, sancto & puro, quo me semper dilexisti: quem ostendisti in sancta tua incarnatione, cum humanam naturam, id est,

est,

est, hominis animã & corpus, in unitate per-  
 sona, assumpsisti, & cum aeterna tua divini-  
 tate inseparabili & indissolubili modo tibi  
 univisti. O amabilem, letam, & jucundam  
 Unionem, qua Deus homo, & homo Deus  
 est, qua nihil blandius, nihil amabilius pot-  
 est excogitari! Per hanc ceu figuram osten-  
 disti, velle te similiter mecum & cum omni-  
 bus fidelibus te unire, ut tecum simus unum  
 corpus, una caro, unum os, unus deniq; Spi-  
 ritus & unum cor; Ephes. 5. Quo fine etiam  
 instituisti sacrum baptisma, per illud me  
 tecum uniens, copulans, & contesserans; ut  
 sit mihi foedus bonæ conscientia; 1. Pet.  
 3. Et quando tu tenerrimam, & nobilissi-  
 mam tuam humanam naturam, quam as-  
 sumere tibi placuit, ultra Angelos sanctifi-  
 cavisti, prestans ipsam sine labe & peccato  
 puram ac immaculatam: ideo volens nos ti-  
 bi desponsare, in sancto baptismo munda-  
 sti me lavacro aquæ in verbo, ut exhi-  
 beres ipse tibi gloriosam Ecclesiam,  
 non habentem maculam aut rugam,  
 sed ut sit sancta & immaculata; ad E-  
 phes. 5. Adeo nimirum puri sumus, postquã  
 tu nos sanguine tuo abluisti, quia propter e-  
 mundationis tuæ perfectionem, nulla ma-  
 cula nobis est relicta. Præterea univisti me  
 tecum per Spiritum sanctum & colligavisti  
 in

*in unum corpus ; nec cessas quotidie tecum  
 nos unire per sacram cœnam , in qua per  
 manducationem tuæ carnis & sanguinis,  
 totum te nobis donas , tuam vitam , tuum  
 Spiritum , tuam carnem & sanguinem. Un-  
 de tua divinitas & humanitas nostra , & to-  
 tus Christus noster est , tuq; in nobis , & nos  
 in te esse vis. Tu ex immenso nostri amore  
 sacrosanctum tuum corpus & sanguinem  
 pro nobis in cruce immobilavisti : & quia se-  
 mel nos dilexisti , idcirco a deo constans in  
 amore nostri fuisti , factaq; est dilectio tua  
 fortis ut mors , dura sicut infernus æ-  
 mulatio lampades ej<sup>9</sup> lampades flam-  
 marum. Aquæ multæ non potuerunt  
 extinguere tuam charitatem : etsi de-  
 derit homo omnem substantiam do-  
 mus suæ , pro dilectione , quasi nihil de-  
 spiciet eam . Ecce dilecte mi , jucundum  
 est cor tuum , suavis est charitas tua . Vox  
 dilecti mei , ecce iste venit saliens in  
 montibus , transiliens colles . Similis  
 est dilectus meus capræ , hinnuloque  
 cervorum . Dilectus meus candidus &  
 rubicundus , elect<sup>9</sup> ex millibus . Caput  
 ejus aurum optimum , genæ ejus sicut  
 areolæ aromatum , labia ejus lilia di-  
 stillantia myrrham primam . Manus  
 illius tornatiles aureæ , plenæ hyacin-  
 this .*

*his .*

*this. Venter ejus eburneus, distinctus  
saphiris. Crura illius columnæ mar-  
moreæ, quæ fundatæ sunt super bases  
aureas. O dilecte mi & sponse formosissime,  
accende in me amorem reciprocum erga te,  
vehementem, sincerum & intimum, Oscu-  
lare me osculo oris tui, recrea me flori-  
bus bibæ & generosæ tuæ fragrantie, stipa  
me malis suavitatis tuæ, sit læva tua sub  
capite meo, & dextera tua amplectetur  
me. Veniat dilectus meus in hortum  
suum, & comedat fructum pomorum  
suorum. Pone me ut signaculum su-  
per cor tuum. Tolle ex corde meo quic-  
quid impedit amorem tuum. Exspolia ani-  
mam meam amore mundi & creaturarum,  
fac illam nudam & puram ab omnibus re-  
bus terrenis, quo tu solus illam tibi unire  
ac desponsare, tu solus illam habere ac possi-  
dere valeas. Ecce pulcerrime pontifex in ve-  
stimento sancto, uxor tua virgo sit oportet,  
immaculata & impolluta amore mundi &  
aliorum: quia hujusmodi animam tu to-  
tam suscipis, & illa vicissim te totum susci-  
pit, amans ipsam impensius quàm ullus spon-  
sus sponsam suam, manifestans deniq; te &  
totum cor tuum ipsi. Qui enim animatus  
te diligit, ei tu vicissim animitus te manife-  
stas. Eja anima mea, obliviscere mundi to-  
tius*

tius, conuertere te totam ad sponsum tuum,  
 Et delectabitur pulcritudine tua, desponsa-  
 bit te sibi, Et scies quia ipse est Dominus. Ille  
 amorem suum totum tibi impendit, atq; ita  
 se totum tecum unibit: at quod tu vicissim  
 totam te cum illo unire non potes, eo fit quia  
 amorem tuum non totum ipsi consecravisti.  
 Ecce amabilissimus sponsus noster circumit  
 Et querit amasiam, animam virginem, quam  
 sibi desponsit. Cujusmodi fidelem Et sanctam  
 animam tantopere diligit, ut caelo postha-  
 bito in illa malit habitare: participans il-  
 lius prospera aduersaq; mortem Et vitam:  
 tollens ipsius crucem Et bajulans quasi pro-  
 priam, cum illa patiens, cum illa laborans,  
 illi condolens, illi collachrymans; deducens  
 illam secum per crucem Et tribulationem,  
 per mortem Et infernum. Quemadmodum  
 vero crux Et mors humanam naturam ab  
 illo abstrahere Et auellere non potuerunt: ita  
 nulla tribulationes, non gladius, non fames,  
 non Angeli, non Principatus, non altitudo,  
 non profundum, non praesentia, non futu-  
 ra, non vita, non mors ejusmodi animam de  
 manu sua eripere Et ab illo separare valent,  
 quia desponsavit sibi ipsam in aeternum.  
 Effice, Domine Jesu, ut haec non perfuncto-  
 rie cogitemus, illam caelestem copulam, Et re-  
 giam aeternamq; unionem serio ad animum

refo-

revochemus, & tecum in aeternum desponsati, conjugati, ac uniti maneamus, Amen.

## Oratio III.

Pro contemptu mundi.

**D**ilectissime Domine Christe Jesu, qui es Dominus gloriae, Vah quantopere dilexi mundi hujus vanitatem: qui quasi flos amarcescit, quasi foenum exarescit, & sicut umbra declinat! Vah cur amorem & cor meum apposui rei caducae & fugitivae, umbrae exanimi & nihili! Vah quantas molestias, quos dolores, quas sollicitudines & angustias mihi met cōfeci propter rem caducam animae meae immortalis nihil commodantem! Ubi enim nunc est gloria & magnificentia Salomonis? Cecidit sicut flos, Ubi honor ipsius si à Deo non honorabitur? Verus quippe hominis honor est, Deum colere; juxta illud 1. Sam. 2. Quicumque honorificaverit me, glorificabo eum. Quem vero Deus in illa die non glorificabit, à quo tandem ille honorabitur? Honor hujus mundi morte extinguitur, qui vero Deum coluerit, ei honor suus in aeternum constabit. Autoritas in oculis hominum nihil est, & mox perit: contra qui apud Deum magnus est, & illum timet, ejus autoritas manet in sempiternum. Quorsum ergo honor

terre-

terrenus, si Deus nos non glorificat, velut  
 Danielem Angelus Gabriel appellat virum  
 desideriorum. Clementissime Deus, fac  
 ut hunc honorem solum ambiam, tibi soli  
 placere studeam, mundi honores per quos  
 tibi displicere incipio, flocci faciam. Quid  
 enim homini nocet à mundo contemni, si  
 contra Deus ipsum glorificat? Fac Domine  
 Jesu in hac vita tuum improperium portem,  
 ut in altera gloriam tuam participem; fac  
 ut improperium tuum majoris faciam quàm  
 omnes thesauros mundi, qui est Ægyptus  
 spiritualis. Porro quorsum mihi divitiæ, si  
 morituro omnia relinquenda sunt? Hoc er-  
 go agam, ô Deus meus, studeam æternas o-  
 pes conservare, quæ nunquam pereunt, te  
 ipsum, tuam gratiam & misericordiam, tu-  
 um sanctissimum meritum ô Christe Jesu,  
 remissionem peccatorum, Spiritum sanctum,  
 & vitam æternam. Cætera cum in mundo  
 maneant & una cum illo pereant, quid mi-  
 bi proderit si totius mundi bona habuero?  
 aut quid mihi nocebit, si illa non habuero?  
 Nimirum in cælo mihi reservata est æterna,  
 immortalis, incorruptibilis & immaculata  
 hereditas. Jam quid aliud sunt omnes con-  
 cupiscentiæ hujus mundi, & corruptibilis  
 carnis, nisi arbor vetita unde mortem man-  
 ducamus? nisi merum venenum, adferens  
 sordolium, cruciatum, pœnitentiam, malam



conscientiam, vermem mordentem, ploratus  
 & ejulatus? Unde damnati Sapien. 5. dicunt:  
 Quid nobis profuit superbia? aut divi-  
 tiarum jactantia quid contulit nobis?  
 Transierunt omnia tanquam umbra,  
 tanquam nuncius præcurrens. O Domine  
 Jesu, fac in te solo delecter, & erit gaudium  
 meum sempiternum; fac tuum honorem so-  
 lum ambiam, & constabit mihi perpetuo; fac  
 nullas opes extra te queram, & dives ero in  
 omnem aeternitatem; fac me omnem magni-  
 ficentiam in te collocare, nec illius jacturam  
 unquam patiar. Domine Jesu Christe, in te  
 millies millesies plus bonorum habeo, quam in  
 mundo relinquere cogor; quantumcunque ab  
 hominibus contemnar, semper tamen major  
 honor apud te mihi restat; quantumvis ille  
 me oderit, tu majore charitate me complecte-  
 ris; tu mihi amicus certissimus & constantis-  
 simus es, etsi ab omnibus amicis in hoc mundo  
 deserar; quantumcunque maledictorū & ana-  
 thematum mundus mihi ingerat, apud te ma-  
 jorem benedictionē inveniam; & utcunque totus  
 mundus me contristet, tu amplius me potes  
 exhilarare. Summa, in te habeo omnia & tu  
 mihi es omnia, & licet corpus meum millies  
 occideretur, attamen tu Domine manes vita  
 mea, imo vita aeterna & salus mea  
 perpetua.

F I N I S.

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

SLUB DRESDEN



3 2703765

5645

58

